DECISIO GRANATENSIS TRIBVNALIS SANCTI OFFICII,

In Causa

FAMOSI LIBELLI,

adversùs sacrosanctam Iesu Christi Legem, & incorruptam Deiparæ Virginitatem, perpetuóque florentem pudicitiam publicè affixi:

Ad lucem emissa per

DOCT. D. FRANCISCVM MARIN DE RODEZNO:
olim insignis Collegij Maioris Salmanticensis, Archiepiscopi, Alumnũ. nunc Granatensem Inquisitorẽ, & Placentinæ Ecclesiæ Schole-Magistrum.



GRANATAE, ex Typographia Regia, apud Balthasarem de Bolibar, & Franciscum Sanchez. Anno Dñi M.DC.XXXXI.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO CARDINALI BARBERINO, S.R.E. VICECANCELLARIO.

QVAM fœlix, ac vel supra ambitionis omnis vota, fortunata Nuncupatio! (Eminentissime, ac Florentissime Princeps.) Hæc obstricto alioqui tui huius Clientis affectui celeres appinxit pennas; meam hanc tanto Patrono faustissimè munitam prætervecturas Decisionē. Vix atrociter, ac malè in Sanctissimæ Deiparæ maiestatem compactū crimen purissimas Hispaniæ nostræ malignâ suâ luce deturpavit auras, cùm mea hæc Decisio nondum vivida, se se, tuum adire conspectū expectabunda, in alas gratanter erexit. Sacrilegus Granatæ aderat Eremita (familiaris hæc inter Hispanos nomenclatura, simile munus & habitum nactis impēsa.) Virginei Trophæi cultū & ornatū curatur': humano vultu hyæna; sed qui occultū vir' de posthumo corporis, callidé retorto spiculo, venenatus effudit Scorpius. Quotquot fœdissimas Hæreticorū olim spurcitias oblivionis cicatrice obduxit, ac ferè delevit antiquitas, in infame vlcus instauraturus, dicteria præsertim in purissimam Deiparam tormēto explosit stygio: & Evangelicam legem ineptè audaci defatigavit calamo. Detexit solers Sacri huius Tribunalis solicitudo, turpis adeó facinoris Reum. Iam tū meus erga Te amor exiguum hoc gratitudinis maturabat argumentum: quod, vt per tempus, & occupationes alias licuit, expolitum, nūc venerabundus Tibi adfero, nobilissimæque tuæ & immarcescibili Familiæ, præclarissimo Sanguini, Generi Florentissimo DD. Barberinorum: quos vltra perituri temporis gyros, de hodierni fastigij sublimitate capto præsagio, nō temeré æternitati credimus inauguratos. Totum ergo me Tibi debitorem Creditori reddo. Hausi à tuæ munificentissimæ liberalitatis thesauro, quidquid præ manibus dives nunc potior. O quanta Tibi studiositas in mihi favendo! Ast, quid mirū, si pietas in omnes, & in egenos misericordia Tibi pro natura adhæresc̄ūt, & in stirpe generosa solidātur? Magni Eleemosynarij cognomine vbique fulges, & gratulabundis vocibus acclamaris. Iustam hanc commendationem clamitet perennis elargitio, qua Cœnobium alis Sancti Caroli, Romæ tuis expensis constructum. Vociferetur mirifica liberalitas in assignādo ex tuarum facultatum reditibus triginta aureorum millia, ad receptionē Manialium,

Orphanarum connubia, & absditorum pauperũ subsidia, præter quotidianum in notos, obviosque favorẽ. Nec Romæ tantùm, vbi ades, se se coercent hæc tuæ liberalitatis argumenta. Longinquiùs es beneficus, quàm es: dispar præsentiæ & munificentiæ tuæ tractus. Meos etiam, seu mihi coniunctos, etsi longinquè positos, attigit favor hic tuus. Is potißimè nõ silẽdus, quo impendiò mihi dilectum fratrem P. Fr. Ioannem de Annũtiatione prosequutus es: quem tuis excipiendis confesßionibus quindecim iã abhinc annos præfecisti, ac retines. Mei etiam non obliviscar: quem creatum tuâ liberalitate quasi semel animatũ, novis deinde, aßiduisque foves incremẽtis. Tuæ munificẽtiæ gerulus, coniuncta mihi baiulo memoriæ tuæ incentiva: maiori proinde piaculo peccaturus, si vllo oblivionis nævo gratitudinem meam deturparẽ. Gemino me Canonicatu aut animasti aut auxisti. Libavi magnificentiam tuã Legionensis Canonicus: postmodùm Abulensis factus, iteratæ tuæ liberalitatis dona sensi. Demum ad Scholæ-Magistri Dignitatem in Placentina Ecclesia me evexisti. Totus muneribus tuis mano: & quadam Divinitatis æmulatione, de præteritis beneficijs pinguior mihi spes gignitur ad futura. Totus, quantus quãtus sum, me Tibi refero. Traxit me iam olim iste favoris tui illex: dum Domini mei, adeòque de me insigniter benemeriti, invisendi gratia Romã avidus petij. Vidi, fari licuit, familiariter egi: capacitatem ingenij, dulcedinem familiaritatis, & in tanta curarum mole promptam negotiorum expeditionem summè demiratus. Inter reliqua virtutum tuarũ monimenta (quæ silens hìc premo, ne modestiam tuam onerem, & Cardinalitium ruborem augeam) id vnum potissimùm intermicans conspexi, insignem scilicet erga cœlorum Reginam, Virginemque Deiparam affectum, ac devotionẽ. Hæc mihi Nuncupationis huius ausum fecit. Maria ergo (Eminẽtißime Princeps) tuum in tãto opere Opus. Hæc in candido affectu, & purpurea toga, tua solicitudo. Hæc in te, meæ Decisionis scopus: tam exiguiq; munusculi dono ambita fœlicitas, ac beatitas obtẽta. Valeas, & vivas, decus Italiæ, Hispaniæ asylum, Religionis columna, Ecclesiæ fulcimentum.

Eminentiæ tuæ addictissimus Cliens,

Doct. D. Franciscus Marin de Rodezno.

TENOR CRIMINIS VSQVE ad Rei confessionem.

ILLVXIT dies (lapsô proximè anno) & anniver- Nu. 1.
saria Dominicæ necis redeunte memoria, &
novo, ac insolito adversùs Genitricem eius pa-
trato scelere, tanquàm geminatâ dolendi cau-
sa funestus. Quinta enim agebatur feria Maio-
ris Hebdomadę, quæ quinta simul numeraba-
tur dies mensis Aprilis Anni 1640. cùm im-
pius quidam Libellus ad Granatensis Senatus
valvas affixus apparuit. Mosayca lex iactabun-
dis in eo verbis deprædicabatur. Impia commendabatur Calvini Secta.
Diris etiam, ac malè precantibus insultationibus devovebatur sacrosan-
cta Christi fides. Nova deinde, ac sacrilega impietate, Deiparæ Virgini-
tas & castimonia lacerabatur: adeóque obscœno sermone, qui vix mere-
tricem, quæstuosa libidine ad lupanar prostitutam deceret. Impia etiam
miserationis specie commonebat Nos omnes iniquus libelli Author, tā-
quam qui falsa religione improvidi sineremur abduci. Minabatur deni-
que præstiturum se, vt cultus omnis, ac pietatis officium, quod Granatē-
sis Civitas erga marmoreum Virginis simulachrum (in Trophæi speciē
erectum, & è regione Portæ *de Elvira*, ad ipsum vrbis ingressum in paten-
te cāpo situm; vulgóque *Virgo del Triumpho* nuncupatum) miro religionis
exemplo pręstat, extingueretur.

Nefandum hūc Libellum post intempestam noctem, cùm iam alituū, Nu. 2.
pecudumque genus sopor altus habebat, duo quidam viri per aliqualem
tenebrarum licentiam conspicati sunt. Chartæ, & characterum insolē-
tia avidam alioqui curiositatem facilè pertraxit. Ac licèt tunc materiæ
adhuc ignari, è valvis tamen revullerunt: lectum autem, & iniquæ scrip-
tionis iam conscij, sequenti die ad sacrum Inquisitionis Tribunal attule-
re. Serpsit illicò sceleris fama: & facinoris enormitas, ac magnitudo Ci-
ves omnes Granatenses summo animi dolore, & acerbitate, prout ea est
ipsorum in Deiparam pietas, ac studium, affecit.

Concitavit autem potissimùm Fidelium animos, sacrilegus de Dei- Nu. 3.
para, enormiterque obscœnus sermo: ob idque in puniendi sceleris cupi-
ditatem ferevidiùs omnes exarsêre. Ea enim est Mariani affectus, ac de-
votionis indoles, vt (penes externa solùm argumenta rem pensitando)
ęgriùs videatur in Deiparam, quàm in gnatum eius Christum, factas cō-
tumelias ferre. Neque id quidem sine optimo exemplo. Ipse enim Chri-
stus multò acerbiùs ex suę Matris compassione doluit quàm de passione
sua & iniurijs conquestus est. Ipsa Virgo affirmat apud Sanctum Bernar-
dum in Comment. *Plus dolebat de me, quàm de se* Hîc non omittenda verba
Christi Domini apud Matth. cap. 27. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?*
Quæ non tam sui causa Christus protulit, quàm Matris, quæ verè cùm
ille obiret, abiretque, orphana relinquebatur, & mortalis huius vitæ
ærumnis ac laboribus obnoxia. Audiatur apud S. Birgittam ipsa Virgo.
Filius meus videns me, oculis in cœlum directis clamabat ad Patrem: Pater, quare

me dereliquisti? Quam vocem ego nunquam, do ec ad cœlum veni, oblivisci potui: quam plus ex compassione mea, quàm sua permotus protulit. Multó quippe gravius fuit Christo, videre Matrem, ingenti, ob sui causam, dolore sauciatam; quàm tot se ipsum cruciatibus in Cruce torqueri. Sic ergo, licét impius Libellus multa nefanda contineret, quæ medullam, vt sic dicam, nostræ Religionis læderent; (Christi quippe legem abiurabat, Mosaycā suscitabat observantiam, Calvinisticam commendabat Sectam) altiùs tamen læsit Granatensium animos tam execrādo, blasphemoque sermone concussa Deiparę Virginitas, & castimonia: ipsaque flagitij enormitate, Granatensis devotionis velut irritata flamma altiùs exarsit. Res enim erat plusquàm vulgaris digna doloris, quód Deiparæ pudicitia, quā nec externa Iudæorum, aut Maurorum ora hucvsque labefactarūt, in ipso Hispanię meditullio, vbi fidei ac Religionis puritas & candor effloreścit, tam iniqua, & sacrilega scriptione extereretur.

Nu. 4. In pervestigando autem tam nefandi sceleris authore, quàm egregiè desudavit DD. Inquisitorum Granatensium industria! Sed vt altiùs rem repetamus, libet in tam Sancti, ac Venerādi Tribunalis, ac Iudicum eius commendando studio, cura, & vtilitate aliquantulùm prældere. Sunt enim quasi duces Fidelis Exercitûs, quibus præeuntibus, nullus ab hoste timor; sancta & innoxia omnia, sine vlla venenatæ doctrinæ suspicione. *Fidei muros tutantur: eiusdemq, Fidei indagatores, & exploratores sunt*: vt ait Petrus Gregorius *lib. 47. Syntagmat. iuris cap. 36. num. 6. & sunt ad pestem hæresum eliminādam*, Idem *lib. 15. Syntagmat. cap. 41. num. 5.* Quibus pro trophæo ob hæreticam perfidiam devictā, Pontifex Innocentius IIII. anno 1254. Sancti Officij Crucem vestibus adsutam pręferendam contulit: idque supremus Antistes Pius IIII. comprobavit *in Bulla edita anno* 1570. & de hoc fit mentio *in cap. excommunicamus* 13. §. *Catholici. de hæreticis* ibi: *Catholici veró qui Crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accingerent*, &c. Lucerna Inquisitorum *tit de Crucesignatis*. Eymeric. 3. *p. direct. q.* 129. & ibi Penna *comment* 178. §. *hoc privilegio.* Param. *de orig. Inquisit. lib.* 2. *cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 4. quę, non immemor, eleganter observavit Narbona *lib* 4. *tit.* 1. *l* 20 *glos.* 1. *num.* 7. Et nō solùm fidei militibus, seu officialibus, verùm etiam Inquisitoribus, & Episcopis tanquam coronidem solicitudinis indefessę De Sancto Guillielmo Archiepiscopo VVitterviensi, auctor vitæ ipsius scriptum reliquit, Pontificis acceptis literis, omnium animos excitatos fuisse ad capiendas, & profligandas vulpeculas vineā Domini demolientes. In his autem fuit primus Beatissimus Guillielmus, qui tunc lacrymis sensim manātibus, mœroreque squalido, perlectis publicè Sanctissimi Pontificis literis, vehementer inflāmatus est, Crucemq; vesti assuens, eam voluit virtutum suarum quasi coronidem, & consummationem relinquere, vt Ecclesiasticæ vnitatis perturbationibus eliminatis, pacem Ecclesię restitueret.

Nu. 5. In pijs enim locis, sunt Inquisitores, vt ait Petrus Gregorius *dict lib* 47. *Syntagm. cap.* 36. *num.* 5 & sunt vigiles, custodes, & defensores fidei Christianę. Param. *lib.* 3. *de edict. fidei. q.* 5. *num.* 12. Conducit Text. *in cap. notādum.* 38. 24. *q.* 3. deputatique sunt ad fidei propagationem, atque defensionem. Ita amicus noster Inquisitor D. D. Ioannes Escobar del Corró, vir equidem maturi ingenij in seligendis sententijs; pręclari iudicij in re-

iiciendis

ficiendis invtilibus; candidi, ac pij animi in amplectēdis tutioribus, & benignioribus, assiduus in legendis bonarum literarum authoribus. *1. part. de puritate, & nobilitate q 3. § 2. num. 6.* Extinguunt incendia, & errores, vt visum est Granatæ, vbi Sancti Officij solicitudini, in lucem prolatio debetur sacrilegij contra Deiparæ puritatem, & legem Christi Evangelicā. Cuius Sancti Officij primaria cura est, fidem orthodoxam defendere, eamque illibatam, puram, ac sine errorum & hæresum mixtura conservare, ac firmiter retinere, vt Pater Mariana *lib. 24. Hist. Hispan. cap. 17. in fine.* Mari. Siculus *de rebus Hispān. lib. 5. cap. de Hispan. sobrietate.* Valæus *lib 1. Chron. Hisp. cap. 9* Zurita *lib. 1. ann cap 49.* Illescas *Hist. Ponti. 2 p. lib. 6. cap. 8.* Alphons. Carrill. *in annal. lib. 5. anno. 1478.* Alvar. Gom. *de rebus gest.* Cardin Fr. Francisci Ximen. ibi: *Huius præclari, & sacri Magistratus cùm statim Hispaniæ vtilitatem maximam sensit contra Iudaizantes; tùm verò his calamitosis temporibus contra tot Sectarum pestem experti sumus incomparabilem, & nūquam satis pro merito æstimandam.* Paramus *de orig. Inquisitionis lib. 2. tit. 3. cap. 1. num. 4* Sed audiatur potissimè D. D. Greg. Lopez Madera, Regalis iustitiæ Senatûs dignissimus Decanus, *lib. de las excelencias de España cap. 7. fol. 54. B.* ibi: *Que la principal judicatura de España es la de la Santa Inquisicion, que se vê claramente, que con particular providencia de Dios se inventó este Tribunal: y que solo el á detenido la malicia, y atrevimiento de los hombres en la Religion debida; y que en este Tribunal están todos los Reynos de España (dōde lo ay) limpios, y sin manchas de heregias, y supersticiones: que es la mayor excelencia de nuestra España.* De quo latè Ferd. de Mench *lib. 1. controvers. illustr. in præfatione argum. 12. vers. Quàm ergo.* Et ingenuè omnes fatentur, fidei synceritatem, observantiam, aliaque idem consequētia innumera bona, quibus nostra Hispania, Dei beneficio exultat post nostri Catholici Regis laudabilem providentiam, omnia, inquam, Sanctæ Inquisitionis Officio deberi. Ità doctissimus, ac eruditissimus D. D. Ioannes de Solorzano Pereyra *tom. 1. de iure Indiarum lib. 2. cap. 25. num. 13.* Borell. *de præst. Reg. Catholici cap. 81.* D. Ioannes Vela *de delictis cap. 14. à num. 18.* Navarret. *de conservat. Monarchi. discursu 7.* D. Francisc. Torreblanca *de Magia lib. 3. cap. 2.* Et quòd Hispania fuerit Christianæ Religionis observantissima, & hæreticis infestissima, tradit Odofredus *in l. 2. C. de hæreticis,* ibi: *Puniuntur suspecti hæreseos in religiosissimis Hispaniæ Regnis, vel hoc maximè hac tempestate triumphantibus, & singulari laude dignis, quòd nulla non solùm planè hæresis, verùm ne suspicio quidem, notâ digna vel momento, manet.*

Iure ergo summis laudibus, & commendatione sunt digni, qui operā suam, ac studium, in Maiestatis æternę gloriam, & honorem conferunt, atque religionem ex impijs manibus, & ore sacrilego nostrorum hostium sua maxima vigilantia tuentur: non vt Metellus, qui Minervam suæ vitæ periculo flammis é medijs eripuit; ob hocque multis laudibus celebratur ab omnibus; sed ipsas Sanctorum imagines, Virginisque semper Mariæ stemmata, Christi Iesu sanctuarium, aras, & templa sanctissima, tot opera, & monimenta Sanctorum, salva, & integra conservant. Et in hoc Tribunali, vt ait Paramus *lib. 2 de origine Inquisit. tit. 3 cap. 1. num 22. in fine: Non de corporibus, non de divitijs, non de statu rerum humanarū; sed de salute animarum, de fidei dignitate, de Divinæ Maiestatis gloria agitur.* Nu. 6.

Altè insederat cogitatio hęc inclyti illius Imperatoris animo, Caroli Nu. 7.

vide-

videlicet V. vt constat ex epistola, quam ad charissimam sibi coniugem Imperatricem direxit, quæque in Archivo Altitudinis suæ servatur, *lib.* 5. Regiarum Schedularum *fol.* 155. in qua enixè eam petit, vt in fidei causis sedulò invigilet, ac præsertim Sanctum Inquisitionis Officium quàm maximè ei commendat. Et in codicillo, quem condidit, & in eodem *lib.* 5. *fol.* 85 continetur, tanquam supremis & potioribus sibi votis functurus, iterum Sanctæ Inquisitionis Officiũ maximè foveri iubet: rationemque subiungens, ait: *por los muchos y graves daños, que por ella se quitan y castigan.* Eodem pietatis exemplo inclytus Hispaniarum Rex Philippus II. supre-ma vitæ suę stadia his etiam votis coronavit: provt ex fragmento testamenti sui constat, cuius hæc sunt verba in heredem Principem directa: *Sea muy obediente à la Santa Yglesia Romana. Y en especial y particularmente le encargo, que favorezca y mande siempre favorecer al Santo Oficio de la Inquisicion, por las muchas ofensas de Dios nuestro Señor, que por el se quitan: y en estos tiempos peligrosos, y llenos de tantos errores en la Fé, conviene aun tener mas cuydado y advertencia, que en los passados.* Eiusdem curæ ac pietatis, æquè ac sanguinis & Regni heredem se pręstitit præclarissimus Monarcha Philippus III. Cuius studium erga Sanctę Inquisitionis Officium satis præclaré micat in schedula anni 1603. relata à sapientissimo D. D. Ioanne de Solorzano Pereyra *tom.* 2. *de iure Indiar. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 16. Cuius hęc sunt verba. *El Rey. Marques de Montesclaros, pariente, &c. mi Virrey, Governador, y Capitan General de las Provincias del Piru; ò la persona, ò personas à cuyo cargo fuere el govierno de ellas. Ya sabeys lo mucho, que Dios nuestro Señor es servido y nuestra Santa Fé Catholica ensalçada por el Santo Oficio de la Inquisicion. y de quanto beneficio à sido à la vniversal Yglesia, à mis Reynos, y Señorios, y naturales de ellos, despues que los Señores Reyes Catholicos de gloriosa memoria, mis rebisabuelos, lo pusieron, y plantaron en ellos, con que se an limpiado de infinidad de Hereges, que à ellos an venido, con el castigo que se les à dado en tantos, tan grandes, è insignes Autos de Inquisicion, como se an celebrado; que les à causado gran temor, y confusion: y à los Catholicos singular gozo, quietud, y consuelo; de que como veys, por carecer de esta gracia otros Reynos, an padecido y padecen grandes disturbios, inquietudes, y desassiegos, de que damos muchas gracias à nuestro Señor, que ansi lo va encaminando, haziendo tan gran bien à estos* &c.

Nu. 8. Claudat hæc omnia pietatis exempla, non minus eximium alterum, quod erga Sanctum Inquisitionis Officium exhibuit Sanctissima, ac pijssima Hispaniæ Regina D. Margarita Austriacẽsis: quę, vt refert Fr. Marcus de Guadalajara *in sua Historia Pontificali*, 5. *part. cap.* 1. *lib* 7 inter supremas testamenti sui iussiones hanc vnam reliquit: *se digan dos mill missas por el augmento y conservacion de la Yglesia, y del Tribunal Santissimo de la Inquisicion.*

Nu. 9. Tanto apud Deum est honore Inquisitorum excellentia, vt ipsemet Inquisitorum exercitium affectare videatur, vt fides stabilita permaneat, erroresque extirpentur De Enoch ait Sacra Pagina, Genes. cap 5. vers. 23. *Ambulavit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Eum in Paradisum terrestrem abductum fuisse, aiunt communiter Patres. Sic etiam habet Ecclesiast. cap. 44. Sed qua de causa simul cum Elia pręter rerum ordinem in Paradisum translatus est? Dicam, eum in vltimum diem reservari, cùm fides maximé periclitabitur: Hocque consilio, & destinatio-

ne

ne Deum O.M. vltra consuetas naturę leges vivumEnoch in Paradisum transtulisse, nempe confirmandæ fidei gratia, eamque vltimis temporibus tuendi. Sic Thomas Anglicus, qui loquens de Elia aiebat: secundũ testimonium Christi, & Malachiæ Prophetæ, Elias fuit reservatus, vt in fine sæculi filios Israel converteret: item ad confirmandam fidẽ, & maximam æstimationem Magnalium illius vltimi temporis. Celebris occupatio, quę etiam Deum meruit fidei occupatum exercitio, in rebusque fidei involutum. Genes. 15. vers. 4. ait Dominus ad Abraham, loquens de Ismaele eius filio. *Non est hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, habebis heredem.* Cùm habeat iam Abraham ex ancilla filium, cur non pollicetur ei ex ipsa Sara coniuge eius, sobolem suscepturum? Sic enim certior redderetur, quód Pater futurus esset, & Sara Mater. Rectè incertum relinquit, an ex propria coniuge Sara, vel ex alia heredem sit habiturus, vt in negotio Fidei, suam fidem exerceret, & Abraham scrutaretur fidẽ, ex illo aliquid erroris, aut dubij repellendo. Hoc meditatus est Lippomanus in sua Catena: *Promittit filium Deus fideli suo; sed nondum dicit, qua matre; hocque ad exercitium fidei.*

Sed neque hoc munus, pro fideique incrementis procurandis solicitudinem Deus adhuc videtur omisisse, cùm eius tacitum in scelerum inquisitione regimen quotidie pręsentiamus: adeò enim occulta crimina, nullumque sui vestigium humanæ investigationi relinquẽtia passim deprehenduntur, vt rectè notat Paramus *de orig. Inquisit. tract. 3. cap. 4. ex num. 36. cum sequentibus.* Vt planè cuique liceat coniectari, huic Sancto Tribunali speciali Deum cura, ac providentia semper esse asiduum. Hæc autẽ in re præsenti pręter morem emicuit, vt ex casus tenore perspicietur. Nu. 10.

Porró sacri huius Officij pro illa tempestate moderamen tenebant Illustrissimi viri D. D. Thomas Rodriguez de Monroy: D. D. Franciscus Maria de Rodezno (meum etiam hîc nomẽ, licèt Opellæ huius Author, nec sine rubore quidẽ insero: vt integer Iudicũ Chorus, Granatense Tribunal ea tempestate componentium, vno dicendi tenore constet.) D. D. Didacus Ozores de Sequeyros Sotomayor: quorum nobilitati, litteris, prudentiæ, ac religioni (subtractum nunc me volo huic commendationi, qui tantorum Virorum numero nuper me miscui,) vereor ne maximã partem detraham, dum audaci eas calamo, dignis laudibus longè impare, extollere affectarim. Quare & męę audaciæ, & modestissimo ipsorum rubori tempestivè consulens, ab ingenti hac provintia temperabo. Hoc vnum planè non sileam: non sine speciali Dei providentia factum, vt tãti sceleris calamitas hoc saltem fœlicitatis pro solatio haberet: tantis nempe sub Iudicibus contigisse. Eorum enim vigilantissimus zelus, solertissima prudentia, incorrupta iustitia occultum adeò facinus, inextricabile, infandum; patefecit, enodavit, ac tandem fœliciter punivit: tam eximijs propterea vindicibus faustissimum deberi rei eventũ, tota Civitas, pro sui pietate, non sine faventi clamore, plausuque gratulabunda fatetur. Res ergo, vt iam exordiamur, ita habuit. Nu. 11

Curando dictę Virginis *del Triumpho* cultui asidebat ex Granatensis Senatûs destinatione Fr. Franciscus Alexander: ob id muneris genus, Hispano more, Eremitę nomen adeptus: habitu prætereà vitę instituto nõ dissono. Is, quasi iniuria in Deiparã commissa proximiùs se præ cæte- Nu. 12.

 ris

ris læsum agens, sceleris enormitatem tum privatis colloquijs sępiùs per vrbem extollebat; tum iuridicè argumenta suspicionis suæ, & quid ipse sacra illa nocte vidisset, deposuit. Cùm ergo inquisitiones aliæ sedulò adhibitę evanuissent, perijssetque DD. Inquisitorum in indagando malefactore strenuè impensus labor; perpensis pòst tacitè, & per moram prædicti Eremitę depositionibus, magna in eum indicia, ac præsumptiones ortę fuerunt.

Nu. 13 Primum quidem, ex varietate & inconstantia, qua in depositionibus ab eo factis usus est: altera apud Sãctæ Inquisitionis Tribunal; altera verò coram Licent. Dom. Ludovico Henriquez, in Regia Granatensi Cancellaria pro criminalibus causis Senatore. Nam apud Tribunal, die 10. mensis Aprilis asseruit, cùm ipse nocte illa quintæ feriæ in Cæna Domini apud dictam *Virginē del Triumpho* assideret, vndecima fermè noctis hora decem aut duodecim homines, ensibus & peltis obarmatos, illuc accessisse: qui cùm pluribus illum iniurijs, ac contumelijs priùs affecissent, multis deinde iactis lapidibus Sacram Virginis imaginem impetivere: quos cũ ipse posteio manè in fragmenta ex ictu dissilijsse conspiceret, simul animadvertit, illorum altero inferius columnę fulcrũ, cui Sacra imago incumbit, aliquantulùm fuisse comminutum. Addidit, prædictos homines per viam *de la Carreteria* appellatã diffugisse: ipsum veró in proximum D. Ildephonsi templum se recepisse, ibique vsque ad sequens mané in sacello, sanctissimę effigiei Christi *de la Columna* nuncupati, quasi latitabundum permansisse. Coram prædicto verò Senatore D. Ludovico Henriquez testatus est, pręfatos homines vnum tantũ lapidē in Virginis simulacrum iaculatos; seque posteà per Portam, viamque *de Elvira* recepisse: ipsum veró per superstitem noctem apud Virginis imaginem, orationi incumbentem astitisse. Nunquam itaque in referendo facto, vt é testibus prætereà est acceptum, firmus sibi vel constans inventus est: iam prætereà addens, se vndecima eiusdem noctis hora in obeundis templis (prout ea nocte, Christiani moris est) fuisse distentum: iã veró, eo pietatis officio celeriter, perfunctum, prępropere rediisse.

Nu. 14 Ex tanta autem in deponendo varietate & inconstantia, magnũ quidem indicium ortum fuisse, certissimum est, sufficiensque non solũ ad inquirendum, seu carcerandum, sed etiam ad torturam: nam si testis varius ob varietatem, ad eruendam veritatem torquetur, *Auth. de testibus, §. si veró adsunt, l. qui falsò vel varie* 16. *ff. eodem, l. ex libero, ff. de quæstionibus, l penult. tit.* 30. *part* 7. Ant Gom. 3. *tom. variar. cap* 13. *num.* 29. Farinac. *de opposit. cõtra testes, q* 66. *á num.* 98. multó magis torquendus est reus principalis, dũ varius invenitur, *argum. text. in Auth. & magis. C. de sacros. Eccles.* prout in puncto observant Lucas de Penna *in l. quoties á num.* 28 *C. de dignit. lib.* 12. Blancus *in l. fin. ff. de quæst. num.* 220 *iuncto num.* 265. *& sequentibus*, & plurib. relat. Farinac. *de indicijs, & tortura reor q.* 52. *à num.* 18. *vsque ad* 24. Et in causis Fidei idem testantur Eymericus *in direct. Inquisit.* 3 *p. tit. de cautel. Inquisit contra hæret. cavillationes, caut.* 6. *num.* 104. *& quæst.* 61. *num.* 2. vbi etiam Franciscus Peña *comment.* 110. *vers. Prima regula est.* Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib* 2. *cap.* 39. *num.* 79. Præsertim si alia quæcumque coniectura, seu adminiculum concurrit. Osasc. *decis.* 79. *num.* 18. Riminald. Iun. *cons.* 301. *num.* 15. *lib.* 3. Farinac. *dict. quæst.* 52. *num.* 29. Petr. Cavall. *resolut.*

crimin.

*crimin.cap.*200 *num.*136.Et ex noſtris ſcriptoribus Eymericus & Peña *vbi ſupra*.Simancas *de Cathol.inſtitu tit* 65.*num* 33.Souſa *dict.lib* 2.*cap.*39 *num.* 80 Zanard.*in direct.Theolog p.*3.*c.*93.*fol.*512.& alijs adductis Diana *tom.* 4.*tract.*6.*de tortura in Sanct.Offic. reſolut.*15.Caſtro Palao *tom.*1 *oper.moral. tract.*4.*diſp* 8.*punct* 9.*n.*11.Martin.del Rio *lib.*5.*diſqui.Magic.ſect.*4.*verſ.*8. *Eſt rei variatio.*

Secũdum Quód in multis, quæ firmiter depoſuerat,apertè fuerit mẽdacij conuictus.Facta enim inquiſitione, & teſtibus acceptis , certó fuit exploratum,ipſum per totam illam quintę feriæ noctem in Templum D. Ildephonſi,aut vllum eius ſacellum nec pedem intuliſſe : ictum pręterea columnæ,quem ipſe ex recenti lapidatione factum aſſeruerat,antiquiſsimum eſſe. Accedebat,quód Altare(ad ſacra quandoque celebranda, columnæ admotum ac inhærixum) pro ſpeciali Sacræ illius noctis augendo cultu,ſerico fuerat paramento ornatum:eo autem tegebatur icta columnæ pars: quæ proinde non potuit ea nocte iactui lapidum ferienda patêre: nec in paramento ipſo vllum ictus,aut lęſionis ſignum deprehendi valuit Quibus omnibus Eremitæ depoſitio aperté probabatur eſſe commentitia,ipſeque indicijs plenus ad torturam de mendacio conuictus, vt ſentit Bart *in l.de minore § plurimum,num.*4.*& in l fin.num.*3.*ff.de quæſtionibus* vbi etiam Blanc *num.*265.Menoch.*de preſumpt.lib* 1.*quæſt.*89.*num* 67. Boſius *tit de indicijs,& conſiderat. ante tortur. num.* 36. & plures alij relati per Farinac.*dict quæſt.*51.*num.*4.Mar.Giurb *conſ.*14.*num* 12.Quod indubitanter procedit,ſi quodlibet aliud accedat adminiculum , vt fatentur Menoch.*dict.q* 89 *num* 68.Mackard *concl.*1040 *num.*2. Clarus *in § fin.q.* 21 *num* 28 Farinac.*dict.q* 52.*num* 8.9.*&* 10. Giurba *dict.conſ.*14 *nu.* 12. *& conſ*.87.*num.*27.*&* 28 Et in crimine hæreſis Simancas *de Cathol. inſtit. tit.*65 *num.*31.*&* 33 Peña *dict comment* 110.Souſa *dict lib* 2.*cap.*39 *num.* 76.*&* 77.Diana *dict.tract* 6.*de tortura in Sanct Offic reſolut.* 15. Mart del Rio *lib* 5.*diſquiſit.Magic.ſect* 4. *verſ.Sept.indiciũ.* Maximè quãdo plura ſunt mendacia,quoniam vnum ab alio adminiculatur, vt poſt Bart & alios animaduertit Giurb.*dict.conſ.*87.*n.*26.Diana *dict.reſol* 15. *verſ. His tamen non obſtantibus.* Nu.15

Tertium.Quód prædictus Eremita liberè depoſuerit, nullo interrogãte,nec vocante.Et in depoſitione facta ante dictum Conſiliarium D Ludouicum Henriquez aſſeruit,ſe ſcribendi ignarum : cùm tamẽ oppoſitum tum aliàs apertè conſtaret:tum veró,quia depoſitionem ante Inquiſitionis Tribunal factam propria ipſe ſubſcriptione firmavit. Videbatur autẽ ſcribendi peritiam eó negaſſe,vt crimen tegeret; & ne de homine ſcribẽdi ignaro ſuſpicio haberi poſſet,quód Libellũ fixiſſet. Vt in ſimili arguit Mar.Giurba *conſ.*13.*n.*7.ibi:*Quia ſuſpicione non caret,cùm id dixerit,quod à criminis præſumptione excuſaret.* Nu.16

Quartum Quód varijs occaſionibus multa ex verbis Libelli retuliſſet, adeó ſingularia expreſſaque notitia , quæ niſi ab ſceleris authore vel participe haberi non poſſet.Cũ alioqui Libellum,vt ipſe fatebatur, poſtquàm ad Tribunal delatus eſt,nec vidiſſet ipſe,nec legiſſet.

Quintum.Nam cũ quidam coram prędicto Eremita retuliſſet,rumorem per vrbem ſpargi quòd ipſe Libellum fixiſſet; illicò ad obiectam ſuſpicionem expalluit;preſſoque de hac re ſilentio,& cadente vultu, ſermonem Nu.17

nem ad alia artificiosè trãstulit. Subita autem eã vultus immutatio, quasi ab animo non bene sibi conscio, deprehensumque scelus timente proficiscens; taciturnitas prætereà ex composito facta, & in re adeó gravi inexpiatam relinquens suspicionem, tam vehemens indicium inducunt, vt per se ipsum, non solùm sufficiet ad capturam, verũ etiam ad torturam, *argum. text. in l. de minore 10. § plurimum ff de quæstionibus, ibi: Nam & de sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione, quid diceret, &c. quædam ad illuminandam veritatem, in lucem emergunt.* Et ibidem notat Bartol. *num. 2. & 4. & in l. fin. num. 2 in fin ff. eodem.* Optimé Menoch. *de præsumptionib. lib. 1. quæst 89. num. 129* vbi ex alijs probat, quód *tacens, & non respondens ei, qui rumorem spargi asserit, delictum fuisse ab ipso commissum, præsumitur illud commisisse, & indicium ad torturam ex hoc adversus eum oritur.* Farinac. *d. quæst 52. á num 40* maximé accedente alio quocumque indicio. Simancas *d. tit. 65. á num. 31 & 33.* Didacus à Canter *in quæst. crim in. cap. 2 de probat. per testes quæst. 1. num. 20* Sousa *d. lib. 2 cap. 39. num. 81.* Diana *dict. tract 6. de tortur. in Sãct. Offic. resolut. 15.* Binsf. Feld. *in l. vltim. C. de malefi. indic. 16.* Mart. del Rio *Disq Magic. lib. 5. sect. 4. vers. 23. Siquis inimicorum obiectione, vel amicorũ admonitione insimulatus taceat, & quasi contemnat, silentioque eludat.* Nam obmutescere, pallêre, seu inconstanter loqui, signa evidentia sunt scelerate conscientię, iuxta illud Sapientis *cap 17. Cùm sit timida nequitia, testimoniũ dat condemnationis: semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia.* Proverb. *cap. 10. Pavor his qui operantur malum.* Et notavit Demosth. *in Orat. de fals. legat. Conscientia scelerum eripit audaciam, linguam reprimit, obturat os, angit, silentium imponit.* Cũ alijs adductis per Simanc. vbi supra. Menoch. *de præsump. lib. 1 q 89 á n 71.* Farinac. *d q. 52 n. 43.*

Nu. 18 Sextum. Personę qualitas Si enim hac pensata, non invenitur esse bonę vitæ, ac famæ, non leve adversus inquisitum, ex hoc indicium desumitur, iuxta text *in l. de minore 10 § plurimum*, ibi: *Vel cuius existimationis quisque in Civitate sua est ff. de quæstionibus, l. non omnes 5. §. á barbaris, ff. de re militari.* Et tradita per Menoch. *d. lib. 1. de præsumptionib q 89. num. 133.* Farinac. *de indicijs, quæst 47. á num. 199.* Giurba *cons. 13. num 16* Et non obscuré colligitur ex instruct. Matriten anni 1561. cap 18. vbi, quamvis Inquisitores non posint cognoscere de criminibus, quæ manifestam hæresim non sapiunt, etsi alia diversę qualitatis accedant, tunc Fisci Præfectum iubet crimina in eum accumulare, vt hæresis crimina aggraventur, & vt apertissimé constet scelerata eius conscientia, vitęque forma, & inde sumatur indicium, in eo, quod ad res Fidei, de qua agitur, spectat. Et per summariam indagationem, F eum esse hominem pravæ vitæ ac morum, hypocrisi notatum, multisque sceleribus adstrictum, fuit deprehensum. Quibus accedebat vitę ratio ac exercitatio. In huiusmodi enim Eremitis persæpé plurima vitia reperiuntur, semperque præsumptio illis obstat, quæ excipitur *ex l quidam ignaviæ 26. C. de Decurionibus lib. 10.* & ex D. Hieronymo *epist. 5. ad Rustic. Monach* ibi. *Videas nonnullos accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa, á mulieribus non posse discedere, sub eodem manere tecto, simul inire convivia: &c. & epist. 22. ad Eustochium* de custodi. virginit. multó post medium. vbi tanquam pestes Sanctissimus Doctor consulit exterminandos, ibi. *His igitur quasi quibusdam pestibus exterminatis, veniamus ad eos.* de quibus vide Iuvenal. *satyra 6. in princip.* Iulium Firmic. *lib. 8. cap. 6.* ibi: *Aliud ex fronte*

polli-

holocrotum, ad nullatenter in moribus celant: sunt enim austera facie, prolixa barba, defixibus fronte, &c. Exornat D. D. Franciscus de Amaya *in dict. l. quidam ignorem, num. 11. & sequentibus.* Et omnes ferè testes tanquã exploratum habebant, ab eo fixum fuisse Libellum, ad pietatis incrementum erga Virginem *del Triumpho*, eleemosynarumque accessionem faciendam, exindeque ad maius ipsius Eremitæ lucrum. Quod videtur confirmari ex eiusdem Libelli verbis, quæ præcipuè in dictam *del Triumpho* Imaginẽ dirigebantur.

Septimum, ac vltimum indicium conficiebant constantes vulgi rumores. Omnes enim aut occulto quodam veritatis genio quasi divinitus inspirato ducti, aut Eremitæ indole ac moribus ritè perpensis, clamabãt, nefandum hoc scelus à nullo alio admitti potuisse. Atqui rumores maximum indicium præstant, sufficiens non solùm ad inquirẽdum, & in carcerem detrudendum, vt inquit Cinus *in l. nullus, n. 3. C. de exhibendis reis.* Bald. *cons. 364. n. 6. lib. 3.* Cravet. *cons. 41. n. 6.* & post alios Mascard, *concl. 754. n. 10.* Clarus *in §. fin. q. 6.* Farinac. *q. 47. n. 39.* & in nostris terminis Mart. del Rio *lib. 5. Disquisit. Magic. in 2. append. q. 7. in princ.* sed etiam ad torturam, iuxta text. *in l. de minore 10. §. plurimum, ff. de quæstionib. l. 3. §. eiusdem, ff. de testibus:* & vtrobique notat Glossa, & communiter DD. & expresse probat *l. 3. tit. 30. part. 7.* vbi notat Greg. *glos. 1.* Ant. Gom. *tom 3. c. 13. n. 10.* Maximè, si vt in præsenti, fama est vehemens. Iason *in l. admonendi, nu. 205. ff. de iure iur.* Felin. *in c. veniens. num. 15. de testibus.* Clarus *in §. fin. q. 21.* Franciscus Vivius *decis. 533. num. 2.* Peguer. *decis. 17. num. 16.* Menoch. *lib. 1. de præsump. q. 89. n. 52.* Farinac. *de indic. & tortur. q. 47. num. 28.* Mar. Giurba *cons. 13. nu. 18. circa finem.* Et ex nostris Peña *3. part. Direct. commen. 110.* Sousa *in Aphorism. Inquisit. dict. lib. 2. cap. 39. n. 59.* Mart. del Rio *lib. 5. Disquisit. Magic. sect. 3. colum. 5. vers. Nam fama vehemens.* Castr. Palao *tom. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 8. punct. 9. n. 9.* Diana *d. tract. 6. de tortur. in Sãct. Offic. resolut. 13.* Paramo *de Origine Inquisitionis lib. 3. q. 6. n. 42.* Trullench. *lib. 8. in exposit. Decalogi, c. 1. dub. 17. ex n. 1.* Nu. 20

Vel si sumus in delicto difficilis probationis, Menoch. *dict. lib. 1. q. 89. n. 34.* Farinac. *d. q. 47. num. 11.* Azeved. *in l. 3. num. 85. & 86.* Zevallos *comm. q. 302. n. 10.* Mar. Giurba *cons. 13. n. 18. & cons. 43. n. 19. & cons. 87. nu. 21. & 25. circa finem.* Vel si alia accesserint adminicula, Bald. *cons. 364. num. 6. lib. 3.* Farinac. *dict. quæst. 47. num. 17. 28. & 35.* Azeved. *dict. num. 85.* Petr. Caval. *crimin. resolut. casu 300. num. 134.* Mar. Giurb. *dict. cons. 13. num. 18. & cons. 43. num. 18. & cons. 87. num. 21. & 25.* Et in nostra specie Scaccia *de indicijs lib. 1. cap. 95. num. 1. vers. Si sumus in crimine hæresis.* Canter. *in quæstionibus crimin. cap. 2. de probat. per test. quæst. 1. num. 8.* Peña, Ant. à Fonseca, & Ferdin. à Castro Palao vbi proximè, Mart. del Rio *dict. lib. 5. in append. 2. quæst. 7.* Diana *dict. resolut. 13.* His igitur indicijs, iustè quidem reum in carcerem detrudi iussum est, siquidem sufficerent ad condemandum. Licèt enim in crimine hæresis, vt quis pœnę ordinariæ addicatur, plena, & concludens requiratur probatio, *cap. literas, de præsumpt.* ibi: *Quocirca mandamus, quatenus eum propter solam suspicionem, quamvis vehementem, noluimus illum de tam gravi crimine condemnari.* Albert. *in Rubr. C. de hæret. num. 10.* Rojas *in tract. de hæreticis, q. 2. assert. 6. num. 105. & sequentibus.* Simancas *de Cathol. institut. tit. 50. à num. 21. & tit. 51. à num. 2. & in Enchirid. tit.* Nu. 21

C 34 num.

34. num. 1. Farinac. *de hæresi quæst.* 187 §. 1. *à num.* 2. *vsque ad* 8. Peña 2. *p. direct. comm.* 80. Ant. à Sousa *lib.* 2. *Aphorism. cap.* 5. *à numer.* 8. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 20. Param. *de orig. Inquisit. lib.* 3. *quæst.* 6. *à num.* 86. Diana *tom.* 4. *tract.* 8. *de officio & potest. Inquisit. resolut.* 36. Castro Palao *tom.* 1. *oper. moral. tract.* 4. *disput.* 8. *punct.* 10. *num.* 1. Indicia tamen, & præsumptiones sufficiunt ad condemnãdum in pœnam extraordinariam, & purgationem, seu abiurationem indicendam, *cap. accusatus* 8. *in princip. cap. vt officium* 11. ibi. *Necnon contra infamatos de hæresi, vel suspectos, iuxta sanctiones Canonicas (hominum metu, divinoque timore postposito) procedatis, &c. cap. de hæretic. lib.* 6. *cap. ad abolendam* 9. §. *qui verò, cap. excommunicamus* 13. §. *adiicimus, &* §. *qui autem, eodem tit. in Decretal. Instruct. Matritens. ann.* 1561. *cap.* 46. *&* 47. Simancas *dict. tit.* 50. *à num.* 21. *& tit.* 51. *num.* 12. Gundis. à Villadieg. *in tract. de hæretic. q.* 13. *num.* 21. *&* 22. Albertin. *in tract. de agnoscend. assertion. q.* 34. *n.* 56. *& sequentib.* Peña *dict. part.* 2. *comm.* 80. *vers. Sed hanc sententiam* Rojas *dict. p.* 2. *num* 304. *& sequentibus.* Farinac. *dict. q.* 187. *num.* 9. Paramo *dict. l. b.* 3. *q.* 6. *num.* 90. Sousa *dict. cap.* 5. *num.* 11. Diana *dict. resolut.* 36. Castro Palao *dict. punct.* 10. *num.* 1. Trullench. *lib.* 8. *Decalogi. cap.* 1. *dub.* 21. *num.* 15. Vel ad torturam inferendam, dummodò indicia magna, & vrgentia sint, *dict. Instruct. Matrit. cap.* 48. Simancas *de Catholic. institut. tit.* 65. *per totum, & in enchirid. tit.* 52. *à nu.* 5. Eymeri *in direct. p.* 3. *quæst.* 61. vbi Peña *comm.* 110. & pluribus adductis à Farinac. *de hæres. q.* 185. *à num.* 140. Mart. del Rio *dict. lib.* 5. *disquisit. sect.* 3. *&* 4. Anton. à Sousa *lib.* 2. *cap.* 39. *à num.* 6. Diana *tom.* 4. *tract.* 6. *de tortur. in Sanct. Officio, resolut.* 1. *&* 2. Castro Palao *dict. disput.* 8. *punct.* 9. *à num.* 2.

Nu. 22 Si verò hæc indicia suis ponderibus examinata, ad torturam, vel pœna extraordinaria damnandum, sint idonea, erunt ad capturam aptiora, tanquam actus minùs nocens. Vt animadvertit Rojas *de hæreticis, p.* 2. *assert.* 1. *num.* 24. *& sequentib.* & post Brun. Bosius, & Farinac. Eleganter Mart. del Rio *dict. lib.* 5. *disquisit. Mag. sect.* 3. *in princip.* ibi: *Constat, eò clariora, & vero similiora, & propinquiora requiri indicia, quò actus iudicialis maioris præiudicij fuerit reo; vt ad condemnationem, quàm ad torturam; ad torturam, quàm ad capturam; ad capturam, quàm ad inquisitionẽ. Hoc suadet naturalis ratio, & æquitas, & receptum est communi consuetudine.*

Nu. 23 Vnde non sunt audiendi Simancas *enchirid. tit.* 25. *à num.* 2. Paramo *lib.* 3. *de orig. Inquisit. q.* 9. *num.* 32. qui plus quàm semiplenam probationem ad incarcerandum requirunt. Nam, si semiplena probatio, vel indicia, & præsumptiones ad torquendum in crimine hęresis sufficiunt: Instruct. Matritens. *anni* 1561. *cap.* 46. ibi: *Quando està semiplenamente prouado el delito, ò ay tales indicios contra el Reo, &c. iuncto cap.* 48. Instruct. Hispal. *anni* 1584. *cap.* 15. *in princip.* Minor probatio, & leviora indicia sufficere debent ad incarcerationem, cùm minoris præiudicij, & infamiæ sit, vt suprà diximus.

Nu. 24 Quare certissimum est, & indubitatum, in hoc crimine, vt ad incarcerationem deveniatur, plenam probationem non esse necessariam, vt colligitur ex Instruct. Vallisolet. *anni* 1488. *cap.* 3. ibi: *Y no se detengan* (Rei scilicet in carcere) *à causa de no auer entera probança.* Imó nec semiplenam, ex suprà adductis; sed indicia, & pręsumptiones sufficere. Instruct. Matrit. *anni* 1561. *cap.* 4. vbi si testificatio ad capturam non est sufficiens, iubetur,

ne

ne in Reum vlla indagatio fiat; *sed vt nova indicia, & probatio superveniant, expectetur.* His verbis clarè supponens, ad incarcerationem; indicia sufficere, vt testantur Eymeric *in Direct. part. 3 rubri de forma examinandi test. n. 73.* & ibi Peña *comm. 17 litera E vers. Ego in hoc articulo, cum sequentib.* Idē Peña *part. 3 comm. 108. §. postremo, & comm. 142. §. verumtamen.* Eruditè Sigism. Scac. *lib. 1. de iudic. cap. 44 num. 1 & sequentib* Canter. *in quæstionib. crimin. cap. 1 de probat. per teste, quæst. 1 num. 60.* Marc. Ant. Gem. *in praxi Archiepiscopali, cap. 68. num. 1.* Rojas *dict. part. 2. assert. 1. num. 22. & pluribus sequentib.* Farinac. *dict. q. 185 §. 1. num. 7* Sousa *lib. 2 Aphoris. Inquisit. c. 26. n. 5. & 10.* Diana *tom. 4. tract. 8. de offic. & potest. Inquisit resol. 11.* Castro Palao *d. tract. 4. disp. 8 punct. 4. n. 3.* Mart. del Rio *d. lib. 5. sect. 3. vers. Ad assumendas.*

In hoc enim sensu accipiendę sunt Instructiones: Hispalēsis *anni 1484. cap. 11.* ibi: *Despues que precedente legitima informacion para lo prender, fuere preso:* Et Abulensis *anni 1498. cap. 3* ibi: *Iten, que los Inquisidores tengan tiento en el prender, y no prendan á ninguno sin tener suficiente probança para ello.* Nā hoc non de plena, sed de pręsumptiva probatione intelligendum est; quæ ad actum incarcerationis, vt iam diximus, sufficiens iudicatur. Sicut etiā accipiuntur verba textus *in l. nullus 2. C. de exhibendis reis.* Nam licèt ibi dicatur: *Nullus in carcere priùs quàm convincatur, omnino vinciatur:* Non tamen requiritur, quòd plena probatione reus convincatur; sed quali quali præsumptione, vt ibidē Acursius *glos. 1.* & cæteri Doctores communiter notant. Farinac. *tom. 1. tit. de carcere, & carcerat. quæst. 27. num. 117. cum sequentibus.* Nu. 25

Quamvis enim captura tantùm, in causis Fidei, maiorem infamię notam invrat, quàm in alijs condemnatio; in captura tamen debet procedi magna omnium concordia, consilijque maturitate, vt præcipit Instructio Abulensis *anni 1498. cap. 3.* cuius verba numero pręcedenti retulimus: vbi enim maius periculum, cautiùs agendum est, *cap. vergentis, de hæretic. cap. vt officium § verum, eodem tit. lib. 6. cap. vbi periculū, de electione.* Obidque maiora indicia requiruntur, quàm in alijs criminibus, vt prudenter considerarunt Villadieg *in tract. de hæret. q. 11. num. 4.* Simancas *de Cathol institut. tit. 16. à num. 2.* Et *in Enchirid. tit. 25 à num. 3* Paramo *lib. 3. de orig. Inquisit. quæst. 9 num. 33.* Peña *in Direct. 3 part comm. 17. vers. Dixi verò.* Rojas *de hæret part. 2. assert. 1. à num. 12. vsque ad 20.* Sigism. Scac. *lib. 1. de iudic. cap. 44. num. 1.* Et regula certa tradi non potest, quæ indicia ad capturam sufficient: nam hoc ex arbitrio DD. Inquisitorum pendet, qui inspecta delicti, & personæ qualitate, cæterisque circunstantijs, æstimare debent, an gravia, & sufficientia ad capturam sint indicia: Vt ex Vlpiani respōso colligitur *in l. 1 ff. de custod. & exhibit. reorum*, ibi: *De custodia reorum Proconsul æstimare solet, vtrùm in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi.* Hocque vel pro criminis, quod obiicitur qualitate, vel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate eius, qui accusatur, facere solet: & notarunt Farinac. *tom. 1 quæst. 27. num. 126.* Salgad. *de Reg. protect. part. 2 cap. 4. nu. 133.* Et apertè in nostris terminis sentit Clem V. in Concilio Viennensi, relato *in Clement. 1. §. propter quod, de hæret.* vbi conscientiæ, & arbitrio Episcoporum, Inquisitorum, aut cuiuslibet illorum id reliquit, Nu 26

reliquit, ibi: *Sic quòd quilibet de prædictis, sine alio citare possit, & arrestare, siue capere, ac tutæ custodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendum, super quo ipsius conscientiam oneramus.* Vmbert. Locat. *in pract. iudicial. Inquisit. verb. captus, vers. In criminalibus tamen relinquitur arbitrio iudicis.* Rojas *dict. part. 2. assert. 1. num. 34. & 35.* Scaccia *dict. cap. 44.* Paramo *dict. quæst. 9. à num. 33.* Mart. del Rio *lib. 5. Disquisit. Magic. sect. 7. in princip. vers. Capi tamen non poterunt.* Et vers. *Quoad personas.* Farinac. *de hæres. quæst. 185. num. 7. in fin.* Ant. à Sousa *lib. 2. Aphorism. c. 26. n. 7.* Diana *tract. 8. de officio, & potest. Inquisit. resolut. 11. in fin. vers. Sed in casu occurrenti.*

Nu. 27 In nostro verò casu, nulli dubium erit, quin indicia, quę adversus Reũ erãt, apta, & idonea meritò iudicata fuerint, non solùm ad carceris detrusionem, verùm etiam ad torturam: cùm enim quodlibet eorum non sufficeret, quia vnum indicium, regulariter sufficere non solet, vt pluribus adductis testantur Peña *in direct. part. 3. comm. 110.* Seraph. Freit. *in addit. ad tract. de confess. solic. quæst. 4. num. 25.* Guazin. *tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 4. num. 12.* Diana *tract. 6. de tort. in Sanct. Offic. resolut. 4.* Saltem omnia simul, negari non potest, quin sufficiant, ex laté adductis circa vnumquodque prędictorum indiciorum: nam indicia, licèt imperfecté, & per testes singulares probata, coniunguntur ad Reum convincendum, si in eumdem tendunt finem *argum. text. in l. qui sententiam 16. ibi: In vnum conspirantes, concordantesque rei finem, C. de pœnis.* Alex. *cons. 77. ad fin. volum. 1.* Blanc. *de indic. num. 368.* Guazin. *dict. defens. 30. cap. 32. num. 1.* Masc. *cons. 1223. à num. 32.* Honded. *cons. 102. num. 85. lib. 1. & cons. 98. num. 20. volum. 2.* Mar. Giurb. *cons. 87. n. 29.* Hęc enim est veritatis vis. Nã omne verũ vniformiter consonat: &, si hoc non esset certissimum, facilè variaretur, vt inquit Arist. *1. Ethic. cap. 8.* ibi: *Vero consonat omnia, falso autem citó dissonat verum.* Seneca epist. 103. ibi: *Veritatis vnanimis, vna facies est; nunquam autem falsis constantia est, variantur, & dissident.* D. Hieronymus *in prolog. Oseæ.* Chrysost. *in Evang. Ioannis, homil. 28. & homil. 57.*

Nu. 28 Præsertim in criminibus difficilis probationis, sicut in hoc suprà notabatur, non solum suapte natura, vt cætera, quæ hæresim sapiunt, vt notarunt Rojas *de hæret. part. 2. num. 295. & 296.* Simancas *de Cathol. instit. tit. 65. num. 51. ibi: Et eò magis in hæresi, quó cæteris criminibus, solet esse occultior.* Et *in Enchirid. tit. § 2. num. 26.* Seraph. Freit. *in addit. ad tract. de confess. solicitanti. quæst. 4. num. 29.* Del Rio *in Disquisit. Mag. lib. 5. appẽd. 2. quæst. 22.* Diana *tom. 4. tract. 6. de tortur. in Sanct. Offic. resolut. 1.* Sed etiam quòd commissum fuisset tempore nocturno. Glossa. Angel. & Cuma. *in l. si cũ exceptione, § in hac, ff. quod met. cauſ.* Bald. *cons. 77. num. 5. lib. 3.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 46. num. 1. & 2. & de arbitrar. casu 116.* Azevedo *cons. 28. num. 64.* Ripa *de nocturno tempore, cap. 33. num. 15.* Mar. Giurba *cons. 87. num. 12.* Vbi, quòd nox efficit, quòd delictum vix probari possit, illudque qualificat, & aggravat. Plura congerit D. D. Ioannes Perez de Lara, vir accuratissimè doctus, atque eruditus, & Sancti Officij Consultor meritissimus, Regiusque Fiscalis, & Regius Consiliarius (hoc enim nomine Regios Fiscales insigniunt Petr. Greg. *lib. 49. syntagmat. c. 7. n. 6.* Ant. Rubeus *cons. 86. n. 1.*) *in allegatione contra D. Iuan de Santa Cruz, ex n. 2.*

Nu. 29 Et in criminibus difficilis probationis, non est dubiũ, quòd leviora indicia

dicia sufficiunt, ex Bald. *in l. quicumque, num. 2. & 25. C. de serv. fugit. & in l. 3. num. 3. C. de Episc. Aud.* Azevedo *dict. cons. 28. à num. 60.* Guazin. *reor. defens. 30. cap. 4. num. 9.* Decian. *lib. 7. crimin. cap. 24. n. 10.* Mar. Giurba *d. cons. 87. n. 11.* Conferunt, quæ vtiliter, & erudité, vt solet, tradit D. D. Christophorus de Moscoso & Corduba, vir equidem omnium dignitatum benemeritus, & in omni literarum genere versatissimus, *en la respuesta del caso sucedido en Palacio el año de 1636.*

Tale quoque crimen, vt atrocissimum, posset obstringere. In atrocissimis namque minora etiam indicia requiruntur; cùm in illis licitum sit iura transgredi, solemnitates non adhibere; & ordo sit, ordinem non servare, *c. ad nostram 3. vbi Glossa de iure iurando, c. evidentia, de accusationibus, l. si verò, §. qui pro Rei, ff. qui satisdare cogantur, l. 2.* & ibi Bart. *ff. de furtis,* Bald. *in l. quid ergo, § pœna gravior, columna 4. ff. de his, qui notantur infamia,* vt observavit Innocentius *in cap. 1. de constitut.* & post alios Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 84. à num. 9.* Mascard. *conclus. 1391. à num. 13.* Farinac. *de indicijs q. 37. num. 85. & sequentibus.* Anton. à Sousa *in Aphorism. lib. 2. cap. 39. num. 12.* Nu. 38

Ob hæc igitur indicia, prædictum Eremitam in carcerem abduci, iustissimé imperatum est. Cùm verò præcessissent tres ordinariæ monitiones, diversis diebus factæ, vt de more habetur in Sancto Officio, & vt cõstitutum est in Instructionibus Matritens. anni *1561.* cap. 15. diligentięque aliæ ad indagandum fuissent adhibitæ; mox ac, comparatione facta aliarum scriptionum dicti Eremitæ cum Libelli characteribus, deprehensum est, literarum genium esse simillimum, ac penè eumdem; eiusdemque proinde manûs, & Authoris; à Sanctę Inquisitionis Fiscali, vt crimen ei obiiceretur, fuit vocatus: Reoque delatione perlecta, statim crimen ingenuè confessus est. Profundaque sui sceleris pœnitentia repentè concussus, cœpit altiùs vitæ suæ cursum, & rationem repetere, exponens, se gravissimæ cuiusdam Religionis ac familiæ religiosum esse, laicum & Professum: ob discordias tamen, & simultates in ea contractas, fugam fecisse, & Religionem aliquot antè annos deseruisse: Ac quia, dimisso licèt habitu, pietatis ac Religionis studium in eo non perierat, in Hierosolymam se contulisse, ibique sancta invisisse loca: vbi, in Deiparam præsertim ęstuante affectu, quasi in devotionis monimentũ sacras quasdam suis brachijs notas impresserat. In dextro quidem Cruces quasdam Hierosolymitanis simillimas: necnon S. & clavi signum, instar stigmatici servi. Posteà D. P. Deinde, *Concepcion;* & has literas D. M. S. A. T. cum apice suprà. Quibus significari videbatur, *Esclavo de la purissima Concepcion de Maria Santissima.* Demum legebantur hi numeri, *1636.* vt inustionis antiquitas constaret. Sinistro brachio inscripti erãt hi characteres, I. N. R. I. & deinde, *sea con migo.* Addidit, é Hierosolymis in inferiorem Pannoniam fuisse dilapsum: & in Viena vrbe templum Virgini *de la Concepcion* dicatum construxisse. Demum in Granatensem hanc vrbem rediisse, vbi se, suamque operam Virgini *del Triumpho;* eiusque cultui curando consecraverat. Cùm autem animadvertisset, de absolvẽdo ædificio non agi, (desunt enim novi adhuc crates ferrei ad arcendum longinquiùs ingressum; novaque hastilia ad sustinẽdas lucernas in Virginis cultum integris semper noctibus ardentes) tepereque fidelium devotionem, nec augeri ijs qui- Nu. 39

bus

bus par foret incrementis: Ac licèt Iudices Sæcularem,& Ecclesiasticum monuisset de miraculo à Sanctissima Virgine patratum, cuius ope puer quadrigæ rotis protritus iuxta Virginem *del Triumpho*, incolumis, ac illęsus evaserat; nunquam tamen illius verbis fidem fuisse adhibitam, nec vllum crediti miraculi argumentum enituisse. His (inquiebat) omnibus fuisse permotum, vt sacri illius loci cultum, ac venerationem curaret augeri: eôque consilio Libellum figere statuisse, multis adversùs Deiparam convicijs, ac contumelijs plenum, quę potissimè in Virginem *del Triumpho* dirigerentur. Vt verò sceleris suspicionem à se averteret, & in aliquē Iudaici sanguinis coniiceret (in quos pronior est suspicio) Mosaycę legis commendationem, & Christianæ abiurationem in eo Libello scripsisse. Ac ne demũ Lusitanus aliquis putaretur fuisse criminis author, ob idque eius nationis homines à cæteris malè haberentur, addidisse Calvinisticæ Sectæ commendationem: In idque consilij, Dęmonis, vt iam tunc putabat, astu fuisse deductum. Existimabat enim, eo medio compendiosiùs consecuturum, vt ad expiandum Libelli nefas, Populi devotio fervidiùs concitaretur; & in Virginis honorem augustissimæ solemnitates, & omni pompa ac magnificentia plenæ instituerentur, & celebrarentur; inceptum absolveretur ędificium, veneratio ac cultus augeretur, sacer demum ille locus & civitatis huius, & vicinorum oppidorum confluxu frequentissimus, ac celeberrimus fieret. Abfuisse itaque tantùm, vt animus ipsi fuerit hęreticalis prędictum Libellum figendo, erroresvè in eo contentos crediderit; vt potiùs, contrarijs omnino votis, maiorem Virginis honorem, & cultum hinc augendum semper intenderit, tanquam vir erga Deiparam fidelis, tanquam Christianus etiam, & Catholicus, pijsque & Catholicis Parentibus natus.

Nu.32 Hac confessione facta, causaque fulminata, atque cõclusa, ad eius terminationem, duo dubia præcipua se se obtulerunt. Primum: Vtrùm Reus deberet torqueri, pro complicibus habendis, vel saltem super intentionē, quam dicto Libello figendo, eiusque verbis scribendis negabat habuisse. Secundũ: qua pœna dignus esset, cùm ad terminationem in principali deveniretur: Vtrùm relaxandus, an pœna extraordinaria plectendus?

PRIMVM DVBIVM.

Nu.33 IN primo dubio. Si Reus deberet torqueri: quòd in criminibus hæresis, & contra Fidem, de se confessus, potest de socijs interrogari, vt talia delicta ob communem omnium salutem extirpentur. Ad textum *in cap. in Fidei favorem, de hæret. lib. 6. cap. literas, de præsumpt. l. quicumque 9. C. de Maleficis, & Mathemat.* ibi: *Ne facinoris socios publicaret.* Salicetus *in l. quoniam liberi, num. 5. C. de testibus.* Peguer. *decis. 5. num.* 13 Paramo *de origin. Inquisit. lib 3. q 9. à num.* 182 Farinacio *de indic. & tortur. q.* 43. *num.* 8. Simancas *de Cathol. institut. tit.* 44. *de ordine proce. n.* 27. & 28. Mart. del Rio *lib. 5. Disquisit. Magic. sect. 3. in 2. indic.* Tiber. Decian. *lib 5. tract. crimin. cap. 36. n.* 19. Quinimo licèt non interrogetur, tenetur socios propalare, iuxta illud Deuteronomij cap. 13. ibi: *Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, sive vxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis vt*

animam

animam tuam, clàm dicens: Eamus, & serviamus Dijs alienis, quos ignoras tu, & patres tui cunctarum in circuitu gentium, quæ iuxtà vel procul sunt, ab initio vsque ad finem terræ; non acquiescas ei, neque audias, neque parcat ei oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum. Et Deuteronomij cap. 17. D. Hieronym. in Iob cap. 15. in hæc verba: *Sapientes illi in Christo sunt, qui satisfactione pœnitentiæ, peccata sua, vel errores hæreseos, convertendo se ad Deum, fideliter confitentur, & authores vel criminum suorum, vel dogmatum, manifestant.* Sanctus Thomas 2. 2. q. 33. & q. 70. Sotus *de detegend. secret. 2. memb. q. 4.* Albert. *lib. de secret. nu.* 82. Alphonsus à Castro *lib. 2. de iust. hæret. punit. cap. 25.* Simancas *de Cathol. institut. tit.* 13 *num. 21. & tit. 19 à num 1.* Paramo *lib. 3 dict. q. 9 à n. 182.* Hęc enim crimina sæpiùs cum complicibus perpetrantur, ideóque nõ solùm potest interrogari, & inquiri, ad ea patefacienda, sed per præsumptionem, quæ remanet, complices semper fuisse, Rei non iudicantur plenè confessi, & pœnitentes, nisi detegantur. Vt sentit D. August. Deut. epist. 64. ibi: *Hæretico petenti pœnitentie locum, tunc credatur, si & alios, quos illic novit esse, manifestaverit nobis.* Et solùm per hanc præsumptionem, contra eos ad torturam potest procedi, ad complices detegendos, vt testatur Vmbertus Locat. *in iudicial. Inquisit verb. Hæreticus, num. 45. & verb. indicium, num. 33. & verb. Inquisitio, nu. 1* Et post iudicialem inquisitionem inter decreta Cõgregationum, in vltimo decreto referens decretum Pauli IIII. & Pij V. vbi arbitrio Iudicum remittitur tortura reorum confessorum, & convictorum de hæresi pro vlteriori veritate habenda, & pro complicibus. Diana *part. 4. tract 6. de tortur. in Sanct. Offic. resol. 27. vers. Notandum est in fin.* Sãchez *lib. 6. consil c. 3. dub. 22.*

Tum quia saltem, cùm maxima sunt indicia, aut semiplena probatio adest, crimen cum complicibus fuisse commissum, pro eis habendis tortura inferri debet. Vt colligitur ex Instruct Matrit. *anni 1561. num. 45.* ibi: *Si el Reo estuviere negativo, y està testificado de si de otros complices: y dado caso que aya de ser relaxado, podrà ser puesto à question de tormento.* In caput alienũ tradit Simancas *de Cathol instit. tit. 65. de torment. num 59. & 60.* Et *in Enchirid. violatæ Religionis, tit. 52. num. 30. & 31.* Zanchin. *in tract. de hæret. cap. 9. vers. Et hoc casu.* Et ibi Campe. Paramo *dict. lib. 3. quæst. 9. num. 184* & alijs adductis à Farinac. *de hæresi. quæst. 185. §. 8. num. 133.* Cantera *in quæst. crimin. rubric. de quæst. tangent. probat quæst 2. de probat. per testes. §. 2. de indicijs sufficient. ad tortur. num. 52.* & alios referens Diana *dict. resolut 27. vers. Notandum est tamen.* Castro Palao *tom. 1. oper. moral. tract 4. disp. 8. punct 9. nu. 19.* Et in nostro casu sex testes erant, qui eadem nocte Feriæ Quintę audivisse deposuerunt hominum strepitum & clamores, per vrbis vias Moysaycam legem extollentium: quod non solùm erat sufficiens ad semiplenam, sed etiam probatio concludens videbatur, Reum ab alijs fuisse consociatum, & alios quamplures in hoc crimine intervenisse. Nu. 34

Tum denique, quia confessus Libellum scripsisse, atque fixisse, animũque hęreticalem denegans, iam quód tanquam negativus non deberet relaxari, de quo infrà latiùs agetur, saltem videtur super intẽtionem torquendus, vt animadvertunt Rojas *de hæret. parte 1. à num. 302. & 306.* Cantera *in quæst. crimin. Rubric. de hæret cap. 1. dub. 6. num 69.* Peña *in Direct. Inquisit. parte 2. comment. 57. § Quòd si non compareant sponte.* Simancas *de Cathol. instit. tit. 65. num. 52.* Farinac. *de hæres. quæst. 169. num. 55. vers. Vide tamen,* Nu. 35

men,& num.57.cum sequentibus. Anton.à Sousa *in Aphorism.Inquisit.lib.1.c.13.num.10.* Diana *tract.7.de pœn.delict resolut.34.* ob doli, ac pravæ intentionis præsumptionem,quæ in criminibus remanet: alio enim modo, facillimé Rei liberarentur,dicentes, crimen perpetrasse absque animo delinquendi,iuxta text.*in l.si non convitij,C.de iniurijs,& in cap.1.de præsumpt.* ibi: *Sicut noxius est,qui iniicit lanceas,& sagittas in mortem; ita vir fraudulenter nocet amico suo,& cùm fuerit deprehensus,dicit,ludens feci.*

Nu.36 Sed his non obstantibus,contrarium visum fuit. Primò: Nam vtrùm procedi debeat ad torturam,& an sufficiant indicia,vel non; est materia Iudicibus arbitraria: omne enim illud Iudicum arbitrio dependet, qui crimine,& circunstantijs animadversis,prudenter,quid intersit,sunt arbitraturi: argum.text.*in l.de minore,§.plurimum, ff.de quæst.* cùm late adductis per Farinacium *de indic.& tortur.quæst 37.à nu.192.* & in crimine hæresis probant Rojas *in tract.de hæret.part.2.num 191.* Decian.*lib.5.tract.crimin.cap.35.num.20.post medium.* Peña *in Direct.part.3.comment.39.litera D.& quæst.61.comment.110.* Farinac.*de hæres.q 185.num.143.* Ant. à Sousa *in Aphorism.lib.2.cap.39.num.6.* Diana *tract.6.de tortur.in Sanct.Offic resol.2.* Quod etiam procedit in tortura pro complicibus adhibenda. Vt expresse Summus Pontifex Pius V. die 21. Iulij anno 1569. decrevit,cuius decreti verba refert Diana *dict.tract.6.de tortur. in Sancto Officio, resolut.27.* Seraph.Freit.*in addition.ad tract.de confes.solicit.q.22.n.28.*

Nu.37 Perpensis ergo Rei confessione,& casus circunstantijs,vnanimiter omnes Iudices pro comperto habuerunt,Reum tàtùm,& sine vllius ope, vel interventu,crimen commisisse.

Nu.38 Secundò. Non enim potest negari,quin crimen,omnesque eius circunstantias palàm,& non invitus confessus,vt iste Reus; complices quoque,si fuissent,aperiret. Hæc est præsumptio naturali ratione dictata, vt animadvertit Simancas *in Enchirid.tit.52.num 31.* ibi: *Naturaliter ratio nobis suadet,quód qui contra se confessus est,contra alios multó magis confiteretur,si esset memor.* Rojas *de hæret.part.2.á num.243.* Et cùm pro certo haberetur, vt habebatur,Reum tàtùm,nullo interveniente, hoc crimen patrasse,torqueri non esset consonum: potiùs occasio præbebatur,vt ob torturæ metum, vel punitionis moram consequendam, in aliquem innocentem culpam coniiceret,ac forte illustrem,vt alij indicaverunt. Quod in causis Fidei, magis quàm in alijs debet præcaveri,ob cuiuscumque processus Inquisitionis infamiam,vt superiùs diximus. Hocque perpendens Instructio Matrit.precepit *anno 1561.cap.45.* vt magna circumspectione procedatur in tortura ad consocios,ibi: *Deben mucho considerar los Inquisidores, quando deba darse el dicho tormento.*

Nu.39 Tertiò. Sex enim testibus in illa nocte Mosaycæ legis acclamationem audivisse deponentibus,fides non erat adhibenda,quód essent singulares nonnulli,qui apti esse non poterant, vt indicium, quod deducebatur ex dicta acclamatione,legitimé probatum iudicaretur, & ad torturam deveniretur. *Glos. in l.vltima,C.famil.Erciscund.* Bart.& alij *in l.fin ff de quæst.* Farinac.*de indic. & tortur. quæst.37.num.13.& sequentib.* Et in puncto Simancas *de Cathol.institut.tit.65.num 14.* & in *Enchirid. tit.62.num.6.* Rojas *de hæret.part.2.num.289.* Francisc.Peña *in Direct.part.3. quæst.61 comment.110.§.nam indicia.* Decianus *lib.5.tract.crimin.cap.36.num.3.* Farinac.*de hæ-*

res.

*res.q.*183.*num.*145. Ant à Sousa *in Aphorism.lib.*2.*c.*39.*n.*15 Diana *d.tract.* 6.*de tortu.in Sancto Offic.resolut.*3. Et quamvis illorum quatuor essent cõtestes, duo ex quolibet actu, inter se diverfé deponebant, tã verbis, quàm alijs circumstantijs: & deponentes, vt deponebant, de eodem tempore, & actu, quæcumque diversitas, vel variatio, quamvis in forma verborum, aut etiam in alijs, suspectos valde reddebat, ex tradit. per Ant. de Butrio *in cap.nihil, de verb.signific.* Iason *in l.*2.*n.*18.*C.de bonor. possess.secundum tabul.* Petra *de fideicomm.q.*12.*num.*589.*& sequentib.* Rojas *de heret.p.*2. *num.*199. Albertin.*in cap* 1 *de hæret.lib.*6 *q.*16.*n.*42.*& in tract.de agnoscend.assertionibus,q.*34.*num.*46.*& quæst.*35.*num.*7.*&* 8. Peña *in Direct.* 3.*part. quæst.* 52. *comm.* 120.

Sed quod depositionem eorum infirmã præcipuè, suspectamque reddebat, erat ipsa rei inverosimilitudo. Afferebant quippe, per publicas vrbis vias prædictã Mosaycæ legis acclamationẽ audivisse, quorũdamque hominum turbam in domorum ianuas, ac fenestras lapides cum strepitu, & vociferatione iaculantium. Sed neque facti hora certó constabat. Alius enim ex testibus, decima hora ante mediam noctem, cùm de Cathedrali Ecclesia exiret; alij prima, vel tertia post mediam eamdem noctem, prædictum strepitũ, clamoresque audivisse deponebant. Horũ autem omniũ fides erat difficillima. Videbatur enim supra omnẽ ausum, vt in frequẽtissima vrbe, ea præsertim nocte, qua fideliũ agmina feré turmatim vias implent, tẽpla devotè obeundo: vbi Regia etiã Cãcellaria assistit, totque Iustitiæ Ministri vrbem nocte illa de more lustrant; per vias etiã Ecclesijs proximiores, in quibus copiosior confluere solet fideliũ turba; Mosaycam legem contentis vocibus, etiam audacissimi, acclamarẽt. Iactus prætereà lapidũ, strepitus, risus, effusi cachinni, inconditique alij clamores, ad prodendum scelus idonei, fidem etiam rei vehementer extenuabant: cùm potiùs vereri deberent, ne deprehenderentur. Accedebat, si res cũ tanto strepitu, vt dicebatur, fuisset à scelestis peracta, non à paucissimis ijs, qui illã deponebant, sed à quamplurimis alijs fuisset audita. Hæc abundé superẽrant, vt fides deponentibus denegaretur; & de falso suspecti manerent, vt in simili animadvertunt Bart. *in l.admonendi, nu.*37.*ff. de iure iurand.* Bald. *in l.bonæ fidei* 6.*C.de bon.credit.* Franc. Aretin.*consl.*13.*n.* 11. *vers. Prætereà cũ in matrimonio consl* 82.*n.*1. Menoch.*cons*207.*à num.*35. *lib* 3. Craveta *cons.* 834 *num* 3 *volum.*5. Cardin. Tusch. *litera P.concl.*772.*num.*3. & post alios Mar. Giurb.*cons.*91.*num.*27.*in fine.* Erudité Petrus Herod.*lib.* 1. *rer. iudicat. tit.*6.*de hæret.cap.*4. vbi asserit, testimonium duorum vel trium, non sufficere in eo, quod populo frequenti actum sit: & rationem subiicit his verbis: *In tanta enim audientium multitudine non posse tam rara esse testimonia, nisi quia falsa, aut suspecta.* Qua ratione cùm Ibas Episcopus fuisset accusatus, quòd quædam impiè pronuntiasset, dimissum, & liberatum fuisse testatur, quia tres tantùm testes, in facto publico reperiebantur. Credi enim non poterat, prædictos testes rem adeò gravem statim non evulgaturos, alijsque dicturos; imó & ad Sanctum Tribunal, vti tenebantur, illicó delaturos: quod tamen non præstiterunt, nisi aliquibus diebus elapsis. Nu.40

Horum igitur Testiũ depositiones cùm tot, ac tantis vijs inverosimiles manerent, iustè quidem, ob falsi suspicionem, fides eis non fuit habita: Nu.41

Quæ suspicio ex inverosimilitudine, in eos ferebatur, argum. text. *in l. 3.* *§. tu magis*, ibi: *An ad ea, quæ interrogaveris ex tempore, verosimilia responderint. l. ob carmen, § fin. ff. de testibus.* Vbi notat Iacobin. de Sancto Georg. *num. 1. & sequentib. & num. 7.* Bosius *tit. de oppositione contra testes, num. 94. & 96.* Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de revocand. donat. in præfatione, num. 45. & 46.* Mascard. *concl. 1264. à num. 1. iuncto num. 13.* Farinac. *de testib. quæst. 65. nu. 144. & duobus sequentib.* cum alijs pluribus congestis eleganter per doctissimum, & omni genere literarum eruditissimum Senatorem Regium D. D. Augustinum de Hierro in Allegatione contra *D. Iuan de Torres Montes, num.* 18. & in alia satis erudita contra *D. Iuan de Montemayor, num.* 80. Cardin. Tusch. *litera L. concl. 244. per tot. vbi num.* 3. loquitur in causa hæresis. Petr. Herod. *rerum iudicat. dict. lib. 1. tit. 6. de hæret. cap. 5.* Quamvis essent alij plures: numerus enim, verosimilitudinis defectum non supplet. Hieronym. Gabriel *cons. 159. num. 14. lib. 1.* Rimin. Iun. *cons. 489. num. 6. lib. 5.* Mascard. vbi proximè, Farinac. *dict. quæst. 65. num. 147. & quæst. 62. n. 320.* Et omnes probationes sunt arbitrariæ, *dict. l. 3. §. tu magis, ff. de testibus*, ibi: *Sed ex sententia animi tui te æstimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris, l. 1.* ibi: *Facti quæstionem in arbitrio iudicantis esse, ff. ad Senatus Consult. Turpil.* Latè Menoch. *lib. 2. de arbitrar. casu 90. per tot.* Possunt ergo Iudices fidem non tribuere, quamvis testes concludenter deponant, ex doctrina Bart. *in l. Lucius in fin. ff. de his, qui notantur infamia*; communiter secuta, vt profitentur Felin. *in cap. auditis, nu. 23. in med. de præscript.* Decius *cons. 91. num. 1. & cons. 105. num. 5.* Curt. Iun. *cons. 17. num. 6. in medio.* Craveta *cons. 79. num. 22.* Franciſc. Becc. *cons. 52. num. 55. lib. 1.* Menoch. *d. lib. 2. casu 90. num. 5.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. 3. part. cap. 4. num. 44.* Seraphin. *de privileg. iuram. privileg. 38. num. 9.* Petr. Surd. *decis. 105. num. fin.* Et nihil est dignus, quod à probationibus dimoveatur, & cui fides nõ tribuatur, quàm verosimilitudinis defectus, vt animadvertunt Felinus *in d. cap. auditis, num. 23.* ibi: *& dicunt in l. latius: Quòd quando testes non deponũt verosimile, potest Iudex eis ex causa fidem non adhibere.* Curtius Iun. *dict. cons. 17. n. 6.* ibi: *Iusta enim dicitur causa, quando deponunt non verosimilia.* Cravet. *cons. 75. n. 22.*

Nu. 42 Quartò, & vltimò. Quamvis enim cùm factum, aut verba hæreticalia confitentur, & intentio denegatur, suprà citati defendant, ad torturam posse procedi super intentione: hoc limitatur: Primò, cũ deficit criminis probatio, saltem considerabilis, præterquàm per confessionem. Tunc namque super eius qualitate tortura inferri non debet, sed extraordinariè Reus puniri, vt pluribus comprobant Ferrar. *caut. 5. per totam.* Grammat. *vot. 2. num. 4. & sequentib.* A Egidius Bosius *tit. de confessis, num. 28.* Anton. Gabriel *lib. 7. commun. conclus. 19. num. 16. in princip.* Ancarr. Regiens. *quæst. famil. 4. num. 4. part. 5.* Iul. Clar. *in pract. §. fin. q. 55. à nu. 15.* Tribisan. *decis. 35. num. 33. & sequentib. lib. 2.* Bertazol. *cons. 27. à nu. 5. & 8. lib. 1.* Farinac. *tom. 3. q. 81. à n. 137.* qui *in num.* 138. inquit, ex contrario maximum inconveniens permittendum: nam si Reus tortus super confessionis qualitate, in ea persisteret, vel absolvendus, vel pœna multũ minorari deberet: torturâ enim, indicia expiata manerent; confessioque cum qualitate foret acceptanda.

Nu. 43 Altera limitatio est, cùm per circũstantias facti, vel per alias præsumptiones

tiones ad persuasionem devenitur, quód per diversam causam, & nō per animum hęreticalem, doli scilicet, vel intentionis pravæ, quæ semper crimina consociant, Reus deliquerit. Vt in puncto animadvertunt Ioannes Lopez *in alegat. heret. § 7. post medium, vers. Ad hoc tamen.* Vbi quód præsumptio malę intentionis tollitur per actus exteros contrarios, & per cōtrarias pręsumptiones. Repert. Inquisit *verb. facto, vers. Intentio probatur, & verb probatio, vers. Intentio probatur, & vers. sequent.* Simancas *in Enchirid. tit. 29. de confessis, num. 9.* & post alios Farinac. *de heresi. quæst 179. nu. 62.* Anton. à Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib. 1 cap. 13. num. 13. & cap. 16. num. 10. & 12.* Animus enim, & intentio, vt res interna, per coniecturas, & indicia probantur. Glossa *in l. si margaritam, ff. pro socio.* Bald. *in l. cùm proponas, nu. 2, C. de bon. auctor. iudic. possid.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 10. n. 15.* Mar. Giurb. *cons. 17. num. 33.* Pręsumptioque, quę ex eodem facto, & verborum qualitate deducitur, per alia fortiora superatur, *l. Divus, ff. de restitut. in integrū, l. non solum, ff. de ritu nuptiar. l. cúm de indebito 25. ff. de probat. l. quidam testamēto. ff. de vulgar. cap. tuam de sponsalibus, cap. afferte de præsumpt.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 30. à num. 1.* Aretinus *cons. 12. volum. 1.* Decius *cons. 463. n. 2.* Alexand. *cons. 18. num. 3.* Beroius *decis. 211. num. 18.* Leon *decis. 41. num. 9.* Fontanela *de pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 15. part. 1. num. 58. 60. & 68.* Tradit plures referēs D.D. Ioannes Perez de Lara, nunquam satis laudatus, *in dict. allegat. num. 37. & sequentib.* Maximé cùm sint criminis exclusivæ: istæ enim in aliarum concursu anteponuntur. Surd. *cons. 132. nu. 55. lib. 1. & cons. 535. n. 5. & 6. lib. 4.* Farinac. *tom. 3. q. 85. n. 19.* Mar. Giurba *cons. 51. n. 31.*

Et in hoc casu plurimæ circunstantię, & præsumptiones confluebant, Nu. 44
quæ non solúm suadebant, verùm etiam notorié fidem faciebant, Reo nullam intentionem hæreticalem fuisse; sed Libellum fixisse, vt Virginis *del Triumpho* cultus augeretur, quó & ipse pluris ęstimaretur, & eleemosynas lucraretur, vt ex infrà dicendis claré apparebit. Hocque concordi suffragio definitum est. Deinde ad secundum dubium factus transitus, litemque in præcipua re decernendam.

SECVNDVM DVBIVM.

MAxima erant fundamenta, quæ pro vtraque parte offerebantur: Nu. 45
Vtrùm Reus relaxari, vel puniri pœna extraordinaria deberet? Itaque terminatio fuit valde difficilis.

Et vt deberet relaxari, Brachio Sæculari tradi, dignusque esset vltimi Nu. 46
supplicij pœna, argumenta, vel fundamenta sequentia ponderabantur.

Primum, Reum crimen confessum fuisse. Quo haud dubium videtur, Nu. 47
crimen ab eo fuisse commissum, & pœnam condignam imponi debere. Siquidem facto id manifestante, legis potestate subintrat pœna, & adversùs eum exercetur. Vt inquit Martian. *in l. 1. ff. ad Turpilian.* ibi: *Si autem pronuntiavit, calumniatus es, condemnavit eum: & quamvis nihil de pœna subiecerit, legis tamen potestas adversús eum exercebitur.* Ita confessus, quoad iuris interpretationem, pro iudicato habetur. *l. 1. ff. & C. de confessis.* Mancin. *de confes. cap. 1. num. 1.* Cæs. Barc. *decis. 141. num. 6.* Mar. Giurba *cons 16. nu. 2.*

Confesso

Confesso enim crimine, nihil videtur remanere Iudici faciẽdum, nec etiã sententiam esse necessariam, *ex d.l.1.ff. ad Turpilian.* vbi cũ Papiniano his verbis datur ratio. *Nam vt Papinianus respondit, facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis, pœnæ veró persecutio, non eius voluntati mandatur, sed legis authoritati servatur.*

Nu.48 Et siquidem in eo Libello, Christi assertoris nostri lex damnabatur; Moysis antiqua & caduca acclamabatur; Deiparæ negabatur Virginitas; alijque errores, & hęreses promulgabãtur; vltimi supplicij pœnam ei imponi debere, quam omni iure hęretici merentur. Deuteron. cap. 13. & 17. Levitic. cap. 20. Machab. 1. cap. 2. Regum 3. cap. 18. & 4. cap. 23. Et in Evã gel. Ioannis cap. 15. ibi: *Si quis non manserit in me, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. l. quicumque, §. eos vero*, ibi: *Vltimo supplicio coerceatur, l. Ariani, §. Manichæi, C. de hæret. cap. ad abolendam, extrav. eodem tit.* Laté, & eleganter Tiber. Decian. *lib. 5. tract. crim. cap. 40. & 42. per tot.* Alphons. à Castro *lib. 2. de iust. hæret. punit. cap. 12.* Petrus Gregor. *lib. 33. syntagmat. cap. 6. à num. 4. & cap. 8. num. 20.* Simancas *de Cathol. instit. tit. 46. de pœn. à num. 42.* Plené Farinac. *de hæres. quæst. 189. §. 1. per totum.*

Nu.49 Secundum. Quód quamvis numquam crimen, nec animus delinquẽdi præsumatur, *ex l meritó 51. ff. pro socio*: hoc procedit in actibus dubijs, qui in bonam, vel in malam partem possunt interpretari, vt inquit text. *in cap. 2. de regul. iuris*, ibi: *Estote misericordes*, &c. *Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, quám vt ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partẽ interpretemur.* Et colligitur ex D. Thoma, 1. 2. q. 18. artic. 8. & sequẽtibus, iunctis ab eo traditis 2. 2. q. 60. artic. 3. & 4. Abbas *in cap. cum ab omni, num. 2. vers. quædam sunt, ext. de vita, & honest. Cleric.* Felin. *in cap. 1. num. 16. in fin. de præsumpt.* Soto *de iust. & iure, lib. 3. q. 4. artic. 3. & 4.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 2. num. 6. 11. & 12.* Farinac. *in praxi, tom. 3. q. 105. n. 118. & 123.* Sigism. Scac. *de appellat. q. 17. in princ. n. 3.*

Nu.50 In actibus veró, qui ex sua natura sunt improbi, vt sunt omnia crimina, *l. probrum 42. ff. de verb. significat.* semper animus improbus præsumitur, *l. si qui extraneus 21. ff. de acquirend. hæredit. l. 1. § Divus, vers. & re constituendum, ff. ad leg. Cornel. de sicarijs, l. 1. C. eodem, l. si non convicij 5. C. de iniurijs, cap. 1. de præsumpt.* Nam cùm omne crimen ex natura sua dolum, & fraudem includat, quamquam in nonnullo, ex accidẽti abesse, posit evenire; in dubio, actus naturæ standum est: *ex reg. text. in l. si vnus 27. §. pactus, ne peteret, verb. quid, & in specie dotis, ff. de pactis, l. cùm filius 76.* aliàs 78. *§. hæres meus, ff. de legat. 2 cap. ab exordio 3.* ibi: *Extremitatem retraxit, ad principium, 35. distinct.* & non accidentibus, quæ non præsumuntur. Glossa *in l. si veró 5. §. qui pro rei qualitate, verb. dubitetur, ff. qui satis dare cogantur.* Alciatus *de præsumpt. reg. 2. in princip.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 37. num. 13* Mascard. *concl. 1254. n. 2.* Petr. Pech. *in c. semel malus, n. 9. de regul. iur. lib. 6.*

Nu. 51 Itaque in Libello ita execrabili, dolum, & delinquendi animum intervenisse præsumendum est, eiusque verba scripta, atque fixa fuisse animo, quem eadem patefaciunt, ac demonstrant, siquidem nullus iudicatur loqui id, quod non sentit, vt animadvertit Consultus *in l. Labeo 7. §. servius*, ibi: *Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non sentiret.* Et inferiùs: *Cæterũ nem, existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit, ff. de supellect. legat.*

Quia

Quia cedit lingua cordi, & sub iugo mētis verba consistūt. Et vt ait Bald. *in cap. mandatum, de rescriptis, num.* 1. ibi: *Mens est radix verborum, & eius substantia prima. Nam cor est Imperator linguæ, & eam habet sicut mancipium, sub iurisdictione sua; voces denique sunt notæ earum, quæ in anima sunt, passionū.* Et vox est instrumentum nostræ voluntatis, & intellectus, & data fuit ad significandum per labia cor, & voluntatem. Et Reū posteà allegare, vel dicere contrarium, fuit potiùs ad excusationem, & non debet attendi. Alio enim modo, nullus esset, qui hac via non conaretur pœnam effugere, text. elegans *in l. inter stipulantem* 85. § *Stichum*, ibi: *Alioquin semper negabit Reus se consensisse, ff. de verb. obligat.* Mirabiliter Nicolaus de Lyra *in nota interlineali Proverb. cap.* 26. relatus à Viviano *in rational. ad text. in dict. cap.* 1. *de præsumpt.* ibi: *In delicto repertus cùm non possit excusare malitiam facti, quæ est patens, negat malitiam intentionis, quæ est latens.* Vnde illa carmina, ad eamdem mentem repetita ab Antonio de Butr. & Abb. *n.* 4. *in d. c.* 1. *de præsumpt.*

Si videas, ludo; sin autem, furto recludo.

Et quamvis criminis confesio à Reo prolata, hac qualitate esset, cum ea non debet acceptari. Cùm enim in criminibus, vt suprà diximus, iuris præsumptio resistat, cōfesio potest dividi qualitatis, & absque ea acceptari, vt probat text. *in l.* 1. *ibi, qui se probaverit, C. ad leg. Cornel. de sicarijs, l. si nō convicij* 5. ibi: *Si non convicij consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes, C. de iniurijs, cap.* 1. *de præsumpt.* Bart. *in l. Aurelius, § idem quæsit. num.* 2. *ff. de liberat. legat.* Bald. *in l.* 1. *C. de confessis.* Et pluribus adductis à Farinacio, 3. *tom. quæst.* 81. *num.* 110. Sarmient. *lib.* 1. *selectarum, cap.* 1. *num.* 11. Faquinc. *lib.* 1 *controvers. cap.* 27. Laté Anton. Mercad. *controvers. iuris, lib.* 5. *cap.* 6. Nu. 52

Tertium fundamētum (Quòd nec ignorantia excusare poterat Reum. Hæc enim quando est iuris, nunquam excusat, *l.* 9. *C. de legibus*, ibi: *Leges sacratissimæ, quæ contingunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent.* Hocque potiori ratione in criminibus procedit, *l.* 1. *ff. de legibus*, vbi lex definitur, *vt sit delictorum, quæ sponte, vel ignorantia committuntur, coertio.* Pręcipué cùm criminis prohibitio ex iure naturali, vel divino procedat, *l. si adulterium cum incestu* 38. § 1. *ff. ad leg. Iuliam, de adulterijs.* Doncl. *lib.* 1 *comment. cap.* 22. *vers. in delictis.* Pichard. *in § ita tamen* 1 *num.* 31. & 32 *instit. de vi bonorum raptorum.* Ac præsertim in hæresis, vel blasphemiæ crimine, quod nostræ fidei Catholicę articulis resistit: hoc enim casu nunquam ignorantia potest excusationem afferre, *cap.* 1. *de Summa Trinitate, cap.* 1. *de hæret. l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recopilationis.* Et vltra ordinarios ibi, tradunt Alphōsus à Castro *lib.* 1. *de iust. hæret. punit. lib.* 1. *c.* 9. Melch. Cano de locis Theologicis *lib.* 12. *c.* 9. Azor *instit. moral. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 12. & *sequētib.* Et post alios Farinac. *de hæresi, q.* 179 § 3. *n.* 74. D. Franc. Torreblanca *de iure spirituali, lib.* 13. *c.* 2. *n.* 33. & 34. Castro Palao, 1. *p. tit.* 4. *disp.* 3 *puncto* 2. *ex nu.* 2. *cum sequentib.* Nu. 53

Nec minùs poterat iuvari, eó quòd ex crimine nulla damna manassent, sed potiùs totum in maiorem cultū, ac veneratione Virginis Mariæ nostrę Dominæ cessisset. In criminibus enim non attenditur bonus, vel pravus eventus, sed illorum qualitas, delinquendique animus, *l.* 1. Nu. 54

§. *Divus*

§.*Divus*, *l.Divus* 14.*ff.ad leg.Cornel.de sicarijs*, *l.si servus* 27. §.*etsi puerum* 28. *ff.ad legem Aquiliam*, *l.desertorem* 3.§ *in bello*, *ff. de re militari*, *l finali*, ibi: *Licèt res benè ab eo gestæ sint*, *C.de negot.gest.* Seneca *lib. declamat.* 10. *& controvers.* 6. Exornat latè Tiraquel. *de pœn.temper.caus.* 52. Farinac. *in praxi, tom.* 3.*q.* 87. *à num.* 7. Nulla est etiam causa, quæ in criminibus extrinsecè pravis Reum possit excusare, *l.palam* 43.*ff. de ritu nuptiar. Non est ignoscendum ei mulieri, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam agit, cap.ita* 3 ibi: *Potiùs quælibet mala tolerare decernat, quàm peccato consentire*, 32.*quæst.* 5.*cap. sacris* 5 ibi: *Cùm pro nullo metu debeat quis mortale peccatũ incurrere. De his, quæ vi, metusvè caus. fiunt.* Quamvis bono animo fierent: non sunt enim mala facienda, vt bona veniant, vt inquit D.Paulus *ad Roman.cap* 3. *cap. super eo, de vsuris, cap. non magnopere. Ne Cleric.vel Monach.* text.optim. *in cap.*2.*de sortileg.* ibi: *Verũ licèt hoc ex bono zelo, & simplicitate se fecisse proponatur, id tamen gravissimum fuit.* Text.etiam *in cap.*2.*vers.quod enim, de reg.iuris. Quod enim scriptum est: ex fructibus eorum cognoscetis eos; de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri, vt stuprum, blasphemia, furta, ebrietas, & similia.* Quibus verbis apertissimè probatur, blasphemiæ delictum, boni animi, vel finis excusationẽ non admittere, quia pertinet ad speciem delictorum, quę intrinsecè mala sunt, & bono fine licita reddi non possunt. Optimè Çovarrub. *in clemẽt. si furiosus, de homicid.*2.*part.in initio, num.*3 & *de sponsalib.*2.*p.c.*3 §.4.*n.*11. & 12. *& in regul.peccatum*, 2 *p.* §.1.*n.*7.

Nu.55 Quartum: quòd cùm excusatio à Reo proposita, propter intentionis defectum, non deberet attendi, est tamen necessarium, Hæreticum iudicari, eique eiusmodi pœnas imponi, quę scilicet sunt mortis, vt superiùs diximus *num.*48. eum Sæculari brachio tradendo. Et quamvis Hæretici admittãtur, & reconcilientur, eis culpam patefacientibus, illiusque pœnitentibus; iuxta textum *in cap.excommunicamus* 2.*de hæret.* & tradita per Farinac. *quæst* 19 .§.1.*per tot.* hoc nullatenùs procedit in nostro casu. Vt enim hæreticus, verus pœnitens habeatur, necessaria est omnimoda peccati confessio; & veniam non meretur, qui peccatum integrè non agnoscit, *cap.perfecta pœnitentia* 40.*cum sequentib. & cap.super*, 49.*de pœnitentia, dist.* 1.*cap.fin.de pœnitent.dist.* 5.*cap. super quibusdam* 26.*de verb significat.* Et confitens diminutus, tanquam negativus, curiæ Sæculari tradendus est. Calderin. *in tract.de hæretic.rubric.de mater.process. num.*6 Rojas *eodem tract.par.* 1.*à num* 195.*& part.*2.*à num.*236. Simancas *de Cathol.instit.tit.* 48. *num.*27. & 28. Peña *in Direct.* 2.*part.comment.*59.*vers.ex his possumus.* Farinac. *de hæres.q.*196.§ 1.*num.*17. Anton.à Sousa *in Aphorism.lib.*1.*cap.* 16. *à num.* 4. *& lib* 2.*cap.*48 *num.*11. Diana *part* 4.*tract.*7 *resolut.*25. Idemque iudicãdum est de factum hæreticale confitente, intentionemque negante: negat enim partem potiorem, vt verus pœnitens habeatur, vt tradunt Albertin. *de agnoscend assert.q.* 8.*n.*12. *& quæst.*32.*n.*27. *& quæst.*34. *num* 57. Rojas *de hæret.p.*1.*à num* 276.*&* 575.*cum sequentib.* Simancas *Cathol. instit. tit.*13.*num.*16 *& in Enchirid.tit.*29.*n.* 8. Farinac *de hæres.q.*179. § 4 *nu.*54. *&* 58. Torreblanca *de iure spirituali lib.*3.*c.*2.*à n.*31. Diana *p.*4. *tract.*7. *resol.* 34. qui ab hac opinione non dissentit, quando, vt in præsenti, Reus convictus erat.

Nu.56 Quintum. Quòd Hæresiarchæ, & Dogmatistæ non reconciliantur, nec ad misericordiam admittuntur, quamvis eam poscant, sed curię Sæcula-

ri

ri traduntur. Simancas *Cathol. instit. tit. 47. num. 50. & sequentib. & in Enchirid. violatæ Religi. tit. 59 num. 1. & sequentibus.* Repertor. Inquisit. *in verb. docere.* Rojas *in tract. de hæret. parte 2. num. 339. & sequentib. assert 43.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 53. nu. 3. vers. quinto,* &c. Suarez *de fide, disp. 23. sect. 2. nu. 10.* Plura tradit amicus noster, & Collegij nostri Alumnus, purpureaque Divi Iacobi Cruce insignitus, D.D. Franciscus Guillen del Aguila, in sua satis erudita Allegatione, quam de hac re ad lucem emisit, §. 4. *vers. Por Dogmatista.* Et Reus iste necessarió videtur Hæresiarcha, atque Dogmatista habendus, tanquam author, & sectator, non solùm novæ opinionis, sed erroris adeó inauditi inductor, qualis est nostrę Dominę castitatem ac virginitatem abnegare, contra illud Isaiæ cap. 9. *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum, ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Matthæi cap. 1 num. 23. *Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus.* Et ibi *num. 21. Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.* Et Lucę cap. 1. n. 31. *Ecce concipies in vtero, & paries filium.* Et ibi: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Textus etiam *in cap. Beata Maria, 3. 27. quæst. 2.* Cuius optima interpretatio deducitur ex D. Thoma 4. *dist. 30. quæst. 2. art. 1. quæstiuncula 2. ad 3* Suarez *3. part. quæst. 29. art. 2. sect. 1.* Thom. Sanchez *de Matrimonio lib. 2. disp. 28. num. 4.* Basil. *lib. 2. de matrimonij essentia, cap. 19.* quia non solũ corporis, sed etiã mentis fuit vnica singularis, & perpetua puritas Sacratissimę Virginis. D. August. *de Sanct. Virg. c. 5.* ibi: *Sola ergo Maria & corpore & spiritu, & Mater & Virgo.*

Hic est vnus ex casibus, in quo expressè per constitutionem Pauli IIII. Nu. 57
editam *anno 1555. in ordine 4. pag. 721.* Bullarij, iubentur Curiæ Sæculari tradi, qui Sanctissimæ Nostræ Dominæ virginitatem abnegarint, quamvis posteà pœnitentiam ostentent, misericordiamque efflagitent. De quibus fit mentio ab ingenioso D.D. Francisco Guillen del Aguila *dict. §. 4. vers. Y no sé que aya.* Vt post Sanctarellum *de hæres. cap 42 dub. vnic. num. 5.* Scortia *in Bulla Bonifac. epist. 10 theorem. 36.* Genuens. *in prax. Archiepiscop. cap. 58. num. 7.* Zanard. *in Direct. Theol. par. 1. præc. 1 cap. 5. quæst. 11.* tradit Diana *p. 4. tract. 7. resolut. 24 vers. notandum est tamen.* Farinac. *de hæres. quæst. 193 num. 39.* Sousa *lib 2. Aphorism. cap 44. nu. 6.* Cuius constitutionis verba refert Franciscus Peña *in direct. p. 2 q. 58. commẽt. 83. vers. penult. & vers. fin.* Relapsique ficti dicuntur, qui in prędictum errorem incidunt, quia in primo lapsu iubentur tradi Curię Sęculari, sine spe venię, ac si veré relapsi essent.

Sextum. Quòd non solùm fuit Apostata suæ Religionis, verúm etiam Nu. 58
fidei, quia in totum à fide Catholica deviavit; & Apostata, nunquam verus pœnitens iudicatur: itaque ad misericordiam non recipitur, sed curiæ Sæculari relaxatur, *l. hi, qui, C. de Apostatis,* ibi: *Sed nec vnquam in statum pristinum revertentur, nec flagitium horum obliterabitur* Rationemque subiicit Imperator his verbis. *Lapsis etenim, & errantibus subvenitur; perditis verò, hoc est, Sanctum Baptisma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ succurritur.* Et ibi notant Glossa, Salicetus, & alij. Decian. *lib 5. tract. crimin. c. 54. n. 26. & cap. 71. n. 5.* Mascard. *de probat. concl. 112. n. 28.* Petr. Gregor. *lib 33. syntagmat. c. 8. n 18.* Conferunt, quæ erudité tradit D.D. Frãciscus Guillen del Aguila *d. Allegat. §. 3. per totum.*

Septi-

Nu.59 Septimum. Quód cùm in hoc Reo, alia crimina, quã blasphemiæ, non perpenderemus; per hoc, capitis pœna dignus erat, vt in lege Antiqua statuebatur Levitic. cap. 24. ibi: *Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.* Idemque Iure Civili fuit statutum *Authent. non lux hom. cont. nat. §. quoniam, collat. 6.* Et ibi Gloss. Bartol. Angel. & alij. Decian. *tom. 2. tract. crimin. lib. 6. cap. 6. num. 1. & 4.* Claud. ad Bertazol. *cons. 553.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 375. num. 25.* Farinac. *in praxi, tom. 1. quæst. 20. à num. 2.* Præcipuè cùm sint blasphemię hæreticales adeò reiteratę, & adversùs Virginis Marię Nostrę Dominæ paritatem, ac Virginitatem. Cùm enim blasphemiæ sunt adeò enormes, certum est, pro eis debere capitis pœnam imponi; argum. text. *in l. vnica, C. nemin. lice. signa. salva.* vbi Glossa *verb. gravissimum,* exponit, id est, *pœnam mortis.* Et tradunt Ancharran. *cons. 15. per totum.* Casan. *cons. 1. num. 69.* Boerius *decis. 301. à num. 16.* Franciscus Marc. *decis. 509. in fin. part. 1.* Farinac. plures referens *dict. quæst. 20. num. 68.* Tiber. Decian. *lib. 6. tract. crimin. cap. 6. nu. 5. & 7.* Vbi ex Grammat. refert, quód etiam hodie posset imponi pœna mortis, attenta qualitate blasphemiæ, si esset enormissima, & horrenda, & attenta pessima qualitate blasphemantis. Menoch. *lib. 2. de arbitrar. casu 376. num. 4.* Vincent. de Franch. *decis. 504 per tot.* Vbi plures referunt addentes, Petr. Cavall. *resolut. crimin. casu 91 per tot.* Pantoj. de Ayal. *in l. fin. C. de aleator. fol. 138. num. 12. & 13.* Ioann. Gutierrez *in prax. crimin. quæst. 75. per totam.* Quod procedit etiam in Sancti Officij Tribunali: in eo enim non etiam ad misericordiam sunt admittendi, quamvis illam efflagitent, qui eiusmodi blasphemias perpetraverint, sed curiæ Sæculari sunt tradendi. Docet Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib. 2. c. 42. n. 16. & 17.* Farinac. *de hæres. q. 181. n. 44.* Diana, *p. 4. tract. 7. resol. 9. in fin.*

Nu.60 Octavum: quód cùm nihil aliud concurreret, quàm Libellus famosus, hac de causa capitis pœna erat dignus, *ex l. vnica, C. famos. Libell. l. lex Cornelia, §. fin. ff. de iniurijs, l. 3. & 20. tit. 9 part. 7.* Ludovic. Peguer. *decis. 77.* Farinac. *quæst. 105. à num. 241. & cons. 30. à num. 1. lib. 1.* Hieronym. Bucar. *de differ. inter iudic. civil. & crimin. differ. 50.* Et tradit maxima cum eruditione D. D. Franciscus Guillen del Aguila, *dict. allegatione, §. 2. versic. Por disposiciones civiles.* Et *vers. Pero concedamos, cum sequenti.* Præcipuè cùm Libellus graves iniurias, & opprobria in aliquam magnæ qualitatis personam cõtinet: nam si facti, & personarũ qualitas expostulat, vltimo supplicio author Libelli afficiendus est, teste Petro Plaza *in epitome delictor. cap. 3. num. 2. & sequentib.* Farinac. *dict. cons. 30. nu. 25.* Et in nullo alio casu potuit hoc ęquiùs practicari, quàm in nostro, propter iniuriarum, atque opprobriorum in nostram veram Legem, atque in Virginis Sanctissimæ puritatem, & virginitatem prolatorum, gravitatem; & propter Libelli ad valvas huius Civitatis Senatûs infixionem, qui est locus Vrbis frequentior: circũstantia crimen qualificans. Ea veró tantùm sufficeret, vt capitis pœna imponeretur, vt in terminis notavit Angelus *in l. lex Cornelia, §. si quis Libellum, num. 3. ff. de iniurijs, & in l. vnic. C. de famos. Libell.* Farinac. *dict. cons. 30. n. 26. & in praxi tom. 3. quæst. 105. num. 477. & 478.* Quòd si Libellus similes iniurias continens, læsæ Maiestatis crimen appellaretur, si in Principem dirigeretur, ex Glossa *in l. vnica, verb. contemnendum, C. si quis Imperat. maledixerit.* quam ibi sequuntur Ioann. Fabius, & Salicet. Glossa etiam *in l.*

famosum,

famosam, verb. parendum est, ff. ad leg. Iul. maiest. & ibi Angelus *n. 5. l. 4 tit. 13. p. 2. l. 11. tit. 26. lib. 8. Recopil.* Ioan. Gutierrez *in praxi crim. q. 73. à n. 6. & q. 74. à n. 2.* Et vltimi supplicij pœna puniretur, vt post alios contendit Petr. Cavall. *cas. 235. à n. 22. 25. &* 38. quanto potiori iure idem dicendum erit in nostro casu, cùm longè gravius sit, ęternam quàm temporalem lędere Maiestatem, *Authen. Gacaros, C. de hæret. & Manich. c. vergentis,* extrav. eodem. D. Chrysostomus *tom. 5. oper. homil. 1. ad Populum Antioch.*

Nonum, & vltimum fundàmentum est, quòd licét per hæresis crimen, quod interponebatur, vel quod Libellus indicabat, admitti ad misericordiam posset, hîc veró fieri non debebat, cùm cæteræ criminum species concurrant, in quibus venia concedi non potest: *nunquam enim plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur: neque enim delictum, ob aliud delictum, minuit pœnam,* vt inquit Vlpianus *in l. nunquam plura 2. ff. de privat. delict.* Et ibi Bart. Petr. Cavall. *casu* 158. *num.* 10. & 14. *cum sequentib.* Giurb. *cons.* 25. *à num.* 23. & *cons.* 82. *à num.* 8. & 41. cum alijs relatis à doctissimo, & nunquam pro meritis laudato D. D. Ioanne de Larrea *tom. 1. decis. 50. à num.* 1. Et omnia simul sunt operatura, quod singula separatim non possent, argum. text. *in l. si adulterium cum incestu* 38. *l. vim passa.* 39. §. *præscriptione ff. ad leg Iul de adult.* quia delictum mixtum, vel qualificatum nō cōtinetur sub simplici, vt inquit Bart. *in dict. l. si adulterium cum incestu. per text.* ibi: *Et in l. Gallus,* §. *& quid si tantum, num. 3. ff. de liber. & posthum.* quem illic cæteri communiter sequuntur. Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 17. part. 7.* Latè Carrasc. *divers. tract. tract.* 4. pro interpretatione, *l. 1. tit. 20. lib. 8. Recop. n. 1. & sequentib.* Nu. 61

Quod eò potiori ratione debet admitti, si animadvertatur scandalum grave, quod in hac vrbe, totoque Regno dimanavit, & quód crimen adeò enorme puniri oportet in publicum exemplum, per quod licet pœnas augeri, & etiam vltimi supplicij pœnam imponi, vbi defuit crimen committendi animus, quæ esset condigna, *l. omne delictum, ff. de re militari,* ibi: *Propter exemplum capite puniendus est, l. 3.* §. 1. *ff. ad leg. Corneliam, de sicarijs,* ibi: *Non quidem malo animo, sed malo exemplo, l. aut facta,* §. *penult.* ibi: *Exemplo opus est, l. si quis aliquid* 38 §. *qui abortionis,* ibi: *Quia mali exempli res est, ff. de pœnis, l. 3.* § *sed ex Senatus Consulto,* ibi: *Sed malo exemplo, ff. ad Silanian. cap. præcipuè* 11. q. 3. Optimè Carrerius *in praxi, tit. de homicidio,* §. *circa igitur tertium, n. 27.* Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 46. per tot.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu* 358. *num.* 3 & 4. Farinac. *in praxi, lib. 1. q. 18. num. 65.* Nam, vt inquit Marc. Tull. *lib. 3, de legibus: Aliqua sunt, quæ plus exemplo, quàm peccato nocent.* Nu. 62

Et quamvis regulariter pœna debet esse culpæ consentanea, *l. sancimus, C. de pœnis, l. respiciendum, ff. eodem, cap. non afferamus* 21. 24. *quæst.* 1. Titus Livius *lib.* 39. ibi: *Vnde orta culpa est, ibi pœna consistat.* Farnesius *de repub. lib. 1 panegyr. 5. cap.* 8. Henric. Docer. *de regali. cap. 3. num.* 110 cum alijs pluribus eleganter suo more congestis per eruditissimum, & summa religione pręditum D. D. Christophorum de Moscoso, & Corduba *in allegatione pro Regia iurisdictione, n.* 88. Hoc autem limitatur, cùm interveniat causa, *cap. sine culpa, de regul. iur. lib. 6.* ibi: *Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.* Vbi illud verb. *causa,* intelligitur de publica. Glos. *in c. cognoscētes, de constit. & in cap. si vir. de eo, qui cogno. consanguin.* Rebuf. *in l. alius est fraus,* Nu. 63

ff. de verbor. significat. pag. 638. Petr. Pech. *in dict. cap. sine culpa.* D. Solorzan. *de iure Indiar. lib. 2. cap. 11. num. 32.* Communis enim vtilitas sæpiús efficit, vt iustæ, & rigorosæ Iuris-prudentiæ limites transiliantur: idque pro rei, & circunstantiarum qualitate iustius, & congruentius reputetur, *l. ita vulneratus 51. vers. multa, ff. ad leg. Aquil. l. barbar. ff. de officio prætor.* cum ibi traditis, & per Brisoni. & Calvinum, *verb. vtilitas.* Et illud Horatij, ibi: *Atque ipsa vtilitas iusti propé mater, & æqui.* Cicero *epist. ad Brut.* ibi: *Salutaris severitas vincat inanem speciem clementiæ.* Estque id adeó verum, vt in rebus etiam inanimatis, vel irrationalibus supplicia exerceantur, vt sit omnibus in exemplum, *l. 2. tit. 21. part. 1. & in cap. mulier in fin. 5. quæst. 1. cap. hoc ipsum 33. quæst. 11.* cum latè congestis per Guillerm. Forn. *lib. 1 select. cap. 10.* Prateius *in Decalog. lib. vnic. cap. 5. vers. voluntarium.* Forcat. *in sphæra legali, & in Necioman. dialog. 1. num. 23.* Petr. Erod. *lib. 7. rer. iudicat. tit. 4. cap. vltim. & lib. 9. tit. 15. cap. 2.* Guid. Papa *decis. 238.* Petr. Cavall. *resolut. crimin. cas. 294. & sequentib.* Solorzan. *de parricid. lib. 1. cap. 2. pagin. 6. & 7.* Adam. Cōtzen. *lib. 10. Polytic. cap. 48. §. 2.* ibi: *Magnæ sæpè pœnæ fuere, vbi non magnæ culpæ; finis tamen erat disciplina.* Quintus Curtius *lib. 8.* Ayala *lib. 2. cap. 4. n. 10.* & Tacitus *lib. 3. annalium,* ibi: *Compertum est, severitatem illam multò misericordia salubriorem.* Et in furiosis, qui ob fati infœlicitatem culpa liberi existūt, *l. Divus, ff. de offic. præsid. l. infans, ff. de sicar.* Farinac. *3. tom. q. 94.* vt accidit in væsano, qui percussit Regē Catholicū D. Ferdinandum, quēque D. Regina D. Elisabeth, eius vxor, imperavit laqueo suspēdi: cuius factū defendunt Hippolytus de Marsilis *in l. 1 in princip. ff. ad leg. Cornel. de sicarijs num. 59. & 60. & in praxi crimin. verb. diligenter, num. 167.* Iul. Clar. *in praxi, §. fin. quæst. 60. vers. item quæro.* Anton. Gom. *tom. 3. variar. cap. 1. num. 72.* Pater Marian. *de Hist. Hispan. lib. 26. cap. 4.* quem refert ingeniosissimus, & doctissimus D. D. Martinus de Larrea Tegui *lib. 8. selectar. c. 9.*

Nu. 64 Sed quamvis hæc fundamenta fortissima videbantur, alia erant plurima, quæ contrarium suadebant, Reum scilicet nō debere relaxari; sed alia pœna extraordinaria damnari, vt ex sequentibus apparebit.

Nu. 65 Primum. Quamvis enim facinus esset certū, ac indubitabile, Reusque confessus fuisset; ob id tamen defensionibus assistentibus non destituebatur, vt aliàs dixit Marcus Tullius *oratione 35. pro Milone,* ibi: *Vidit etiam in confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse.* Nec tam inquirendum erat ipsum crimen, quàm causa, quæ ad facinus fuit incitamentū. Vt pauló inferiùs ipsemet Cicero testatur, ibi: *Nam qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit; is causam interitus quærendam, non interitum putavit, l. verum 40. ff. de furtis,* ibi: *Neque enim factum quæritur, sed causa faciendi.* Nam in omnibus humanis actibus, præcipuum quod est attendendum, vt in illorum cognitionem deveniatur, est causa: siquidem cognosci non possunt, nisi ex effectibus, secundùm Philosophum, *1. Physic. & 1. Posterior. cap. qui occidit 23. quæst. 8. cap. cum causam, de testibus, cap. intelligentia, de verbor. significat. l. si qui filium, §. Sabini, ff. ad Trebel.* Bald. *in l. scire leges, ff. de legibus, & in c. 2. de const.* Roman. *cons. 65. n. 7.* Et causa cognita, facillimè eius effectus cognoscuntur, *l. semper, §. negotiatores, ff. de iure immun. l. si cui, §. 1. ff. ex quib. caus. maior. l. 2. §. omnes, ff. de iudi. l. Titia, §. vsuras, ff. de legat. 2. l. qui omnibus, ff. de excusat. tutor.*

Nu. 66 Et cùm in criminibus, causa illorum materialis in voluntate consistat,

vt

vt probat optimè Tiber. Decian. *lib. 2. tract. crimin. cap. 2. num.* 5. necessarió semper est inquirendus animus, ac intentio, quibus committuntur, vt inquit Cicero *lib. 2. Rethor.* ibi: *Voluntatem in omnibus rebus spectari convenit.* Et alibi *eodem lib. Non ex eventu cogitationem spectari oportere, sed qua cogitatione, & spe animus ad maleficium profectus sit, considerare: quo animo quid quisque faciat, non quo casu vtatur, ad rem pertinere.* Et *orat.* 14. *pro A. Cluent.* Seneca *lib. 1. de beneficijs, cap. 16. & lib. 6. cap.* 8. D. August. *de verb. Apost. serm.* 28. S. Isidor. Pelusiot. *lib. 2. epistola* 289. ibi: *A voluntate, animique destinatione res perpenduntur; quo fit, vt qui sponté aliquem sauciavit, nec tamen interfecerit, eo, qui non sponté, atque consultó interemerit, sceleratior esse iudicetur, cap. homines falsum* 22. *quæst.* 2. *cap. paratus* 23. *quæst.* 1. *cap. Et si Christus,* §. *penultim. de iure iurand.* Petr. Gregor. *lib.* 30. *syntagmat. cap.* 2. Nam maleficia, voluntas, & propositum, delinquentes distinguunt. Verba sunt, *l. qui iniuriæ* 55. *ff. de furtis.* Et probat text. *in l. quod Reipublicæ* 33. *ff. de iniurijs, l.* 3. §. *si quis dolo, ff. de tabu. exhib. l.* 1. *ff. si famil. furt. fecis.* Petr. Erod. *rerum iudicat. lib.* 6. *tit. de iniurijs, cap.* 20. Lucas de Pen. *in l. quoties, num.* 6. *C. de exactor. tributor. lib.* 10. Cardin. Tusch. *litera D. concl.* 160. Novar. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 11. Farinac. *in praxi tom.* 3. *quæst.* 87. *num.* 6. Bobad. *lib.* 2. *polytic. cap* 21. *num.* 103. Mar. Giurb. *cons.* 85. *num.* 14. Magisque discernuntur per animum, & finem, quibus crimen perpetrant, quàm per ipsum facinus, *l. Divus, ff. de sicarijs,* ibi: *In maleficijs voluntas spectatur, non exitus, l. fraudis ff. de re iudic. l. verum, ff. de furtis.* Sanctus Isidor. Pelus. *lib.* 3. *epistol.* 399. ibi: *Siquidem res à conatibus plerumque, non ab effectibus iudicantur; atque ab animi sententia, & voluntate, non à fine corona nectitur, cap. ordinationes, in princip.* 1. *quæst.* 1. *cap. quicumque* 11. q. 3. Tiraquel. *de pœn. temper. caus.* 51. *à n.* 7. & 9. Farinac. *d. q.* 87. *n.* 7.

Adeó, vt crimen non posit animadverti, vbi desit voluntas, animusque offendendi, vt inquit August. *in lib. de libero arbitrio*, asserens, *peccatum adeó esse voluntarium, vt sine voluntate peccatum non sit, l.* 1. *C. de sicarijs,* ibi: *Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat, cap. vnum,* §. *criminis appellatio,* 25. *dist.* D. Thomas. 1. 2. q. 74. Glossa & DD. *in l.* 1. *C. si advers. delict.* Menchaca *lib.* 1. *illustr. q.* 19. *num.* 5. Farinac. *dict. q.* 87. *num.* 6. Nam voluntas est, qua peccatur, & delinquitur, iuxta illud Lucę cap. 8. *Ex corde procedunt fornicationes, adulteria, homicidia,* &c. D. August. *in lib. retract.* 4. ibi: *Voluntas est, qua peccatur, & recté vivitur.* Et *in lib. de duabus animabus,* vbi ait. *Quód non nisi voluntate peccatur.* Exornat Tiber. Decian. *d. lib.* 2. *crimin. c.* 2. *n.* 5. Nu 67

Causa igitur, qua Reus dixit se fuisse motum; animusque, & consiliũ, quo Libellum fixisse fuit confessus, relata iam est suprà *num.* 31. Fixit itaque, non animo Sanctisimam Virginem, ac Dominam nostram offendendi; neque dubitans de eius virginitate, purisimoque candore: potiùs id intendens, vt cultus erga Deiparam, Fideliumque devotio erga Virginem *del Triumpho*, cui ipse inserviebat, augeretur: ratus, hac via, quãvis adeó barbara, irrationali, & execranda, faciliùs, compendiosiusque cõsecuturum, vt amor, ac pietas, quæ erga Cœlitum Imperatricem, omnium Fidelium animis, altis insidet defixa radicibus, tunc maximé excresceret, cùm insolentioribus opprobrijs, & contumelijs quateretur: vt quasi insolito hoc facinore lacesiti fideles, de ipso pietatis obice gradum Nu. 68

ad

ad nova alia, maioraque, & inassueta pietatis officia facerent: novasque; & magnificentissimas festivitates, publicasque supplicationes instituerent ad Virginem *del Triumpho*, in quam prædicti Libelli verba torquebãtur. Ac licèt factum ipsum valde esset iniquum, Libellique verba enormiter blasphema, & execranda; magna tamen nequitiæ pars evanuit ex bono animo, & fine, quo res est peracta, iuxta illud Plauti *in Captiv. In re mala, animo si bono vtare, adiuvat.* Et in Pseudol. ibi: *Bonus animus in re mala dimidium est mali.* Libanius *declamat.* 23. ibi: *Et tamen vbique causam videmus tãtã vim habere, vt cùm aliquis etiã malè agere vult, tametsi non possit, odio habeatur; & qui læserit benefaciendi animo, inter benemeritos statuatur,* &c. Et bona intẽtio, pravi medij malitiam minuit: aliquid enim à voluntate adimit. Ita Marquez *en el Governador Christiano, lib. 2. c. 7. fol* 32.

Nu. 69 Secundum. Cùm enim adfuerit animus, quem nuper retulimus, dolusque defuerit, nõ benè fundatur, Reum debere relaxari: siquidem pœna capitalis imponi non potest, nec etiam gravis, vbi deficit verus dolus, *l. 1. §. Divus, ff de sicarijs,* ibi: *Eum, qui hominem occiderit, si non occidendi animo hoc admiserit, absolvi posse, l. in lege, ff. eodem, l. 1. C. eodem tit. l. absentem, in fin. ff. de pœnis.* Bald. *in l. data opera, nu. 7. C. de his, qui accus. non poss.* Angelus *in l. 1. n.* 5. & ibi Castrens. *num. 10. ff. de legib.* Iason *in l. in actionibus, num. 27. & sequẽtib. ff. de in lit. iurand.* Menoch *de arbitrar. lib. 2. cas. 324. à num. 3. & 7.* Franciscus Beccius *cons. 51. num. 6. lib. 1.* Farinac. *tom. 3 quæst. 87. à num. 1.* Carolus de Tapia *decis. 13. num. 27.* adiiciens, *quòd neque dolus præsumptus considerari potest, vbi de pœna mortis agitur; sed verus requiritur.* Quamvis factum, esset culpa admissum. Cùm enim de imponenda gravi pœna agitur, nulla culpa, quamquam lata, dolo æquiparatur; nec sufficit, nisi ad pœnam extraordinariam, *dict. l. in lege Cornelia,* ibi: *Nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur, ff. ad legem Corneliam, de sicar.* vbi Bart. per illum textum dixit, *nullã esse legem, quæ culpam morte puniat.* Glossa *in dict. l. in actionibus, verb. non etiã ob culpam, ff. de in litem iurand.* Et ibi Bald. *num.* 7. Iason *à num.* 27. & Decius *à num. 10. & 19.* Castrens. *in l. nemo, num. 5. C. de Episcop. & Cleric.* Vbi refert, obtinuisse in diversis casibus pro hac opinione, pœnaque ordinaria multos liberasse, & hoc esse menti tenendum, ad confusionem Iudicum imperitorum. Honded. *cons. 105. num. 78 lib. 1.* Franc. Bursat. *cons. 152. nu. 37.* Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 14. n. 5.* Iul. Clar. *in § fin. q. 84. in princ. vers. & loquendo de pœna mortis.* Farinac. *d. q. 87. à n. 22.*

Nu. 70 Tertium. Quamvis enim, cùm factum, vel verba sunt hæreticalia, secum afferant regulariter pravæ intentionis præsumptionem, *ex l. si non cõvicij, C de iniurijs, cap. 1. de præsumpt.* cum cæteris adductis suprà *num. 35. & 43.* Hoc non procedit, cùm aliæ præsumptiones in cõtrarium adsunt; vel attenta personæ qualitate, alijsque circunstantijs suadeatur, per causam diversam, & non hæreticali intentione commissum fuisse; vt in terminis eleganter resolvunt Ioann. Lopez *in allegat. hæret. § 7. post medium, vers. ad hoc tamen.* Subiiciens: *quòd præsumptio malæ intentionis tollitur per actus externos contrarios, & per contrarias præsumptiones.* Simancas *in Enchirid. tit. 29. de confess. num. 9.* Et post alios optimè Farinac. *de hæresi. q. 179. num. 62.* Anton. à Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib. 1. cap. 13. num. 13. & cap. 16. num. 10. & 12.* Animus enim, & intentio, vt res interna, per indicia, & coniecturas probatur, *l. si margaritam, ff. pro socio.* Bald. *in l. cùm proponas, num. 2. C. de bon. au-*

thor.

thor. in d. l. post d. Menoch. lib. 5. præsumpt. 10. n. 15 Giurb. cons. 17. n. 33 & præsumptio, quę ex ipso facto, vel verborum qualitate remanet, per alia fortiora superatur, iuxta text. *in l. Divus, ff. de restit. in integ. l. non solúm, ff. de ritu nupt.* Menoch. *de præsump. lib. 1. q. 30. à n. 1.* Quæ iniuriandi animũ excludũt, qui aliàs ex verborum qualitate pręsumeretur. Petr. à Vela per textũ *in l. si non convicij, post principium, C. de iniurijs,* ibi: *Et probabit, quòd non fecerit animo iniuriandi, per coniecturas, vt l. 1. suprà de sicarijs.* Et ibidem Cinus *n. 2. in fin.* & Angelus *num. 3 circa fin. vers. & ideó incumbit.* Felin. *in c cùm te, n. 18. in fin. vers. quod cognoscitur ex coniecturis, de sent. & re iudic.* Belvisius *in pract. lib. 1. c. 3. tit. de iniurijs, nu. 3.* vbi quòd coniecturæ hoc casu sumuntur ex facti, & personarum qualitate. Clar. ad Bertazol. *cons. 206. vers. primum itaque.* Farinac. *in praxi, tom. 3. q. 105. n. 121. & 122.*

Et in nostro casu complures coniecturæ, & circunstantiæ concurrebãt, quæ evidenter detegebant, ipsius Rei animum, & intentionem, hęreticalem non fuisse, nec Virginem lædendi, sed animũ in confessione prolatũ. Nu. 71

Tum, quòd Reus sit Christianus Orthodoxus, Parentibus non infectis progenitus: ex origine enim, vel ascendentia, bona, vel mala pręsumptio sumitur, semperque iudicatur vnumquemque suæ radici correspõsurum, iuxta illud Ovidij lib. 4 Metamorph. Nu. 72

Qui viret in folijs, venit à radicibus humor:
Et Patrum in filios abeunt cum semine mores.

Et probat text. *in l. quòdsi nolit, §. si quis mancipia, ff. de ædilitio edict.* ibi: *Præsumptum etenim est, quosdam servos bonos esse, quia Nationis sunt non infamatæ: quosdã malos videri, quia ea Natione sunt, quæ magis infamis est, l. si cohortalis, C. de cohortalibus.* D. Greg. *homil. 20. in Evangel.* ibi: *In his omnibus Patrum suorum carnalium vias sequuntur, quasi venenati filij de venenatis Parentibus nati.* Bald. *in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & posth. n. 2.* vers. *In secunda,* ibi: *Vitium, quod est in radice naturali, transit ad posteros.* Tiraquel. *in leg. connub. 7. n. 12. & sequẽtibus, & in tract. de nobilit. c. 12.* Mier. *de maiorat. 2. p. q. 4. illat. 2. n. 17. & 18.* D. Salgad. *de Reg. protect. 4. p. c. 6. n. 34.* D. Solorz. *de iure Indiar. tom. 1. lib. 2. c. 8. à n. 13.* Et à communiter accidentibus. Nunquam accidit à Fide retrahi, nisi à Parentibus infectis ortos, vt notabiliter observavit Simanc. *de Cathol. instit. tit. 35. n. 15.* ibi: *Nemo quidem ad Iudæorum ritus iam transit, nisi qui ex Iudæis Parentibus descendit, & ab eis Iudaicam superstitionem didicerit.* Mieres, *1. p. q. 51. n. 26.*

Tum ex eius vitę decursu: nam ex anteà gestis, & vitæ qualitate, coniectura desumitur validissima. Cicero orat. 35. pro Pub. Sylla, ibi: *Omnibus in rebus (Iudices) quæ graviores, maioresque sunt, quid quisque voluerit, cogitaverit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est ponderandum: neque enim potest quisquam nostrum subitó fingi, neque cuiusquam repenté vita mutari, aut natura converti, l. cùm hi, §. causæ, ff. de transaction.* illic. *In persona eius hæc erunt inspicienda, in quibus sit facultatibus, cuius propositi, cuius opinionis. Tunc enim apparebit, numquid circumvenire velit, l. famosi,* ibi: *Nam & personam spectandam esse. & an anté quid fecerit, & an cogitaverit, ff. ad leg. Iul. Maiest. l. 1 §. tormenta, ff. de quæstion. l. 4. ff. de incend. & ruin. cap. in nostra, §. nos verò, de pœn. cap. Sacrosancta, de sentẽt. excommun.* ibi: *Maximé si laudabilis opinionis existat.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 16. à n. 1. vsque ad 19.* Paris. *cons. 163. num. 16. vol. 4.* Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 51. à num. 54. vsque ad* Nu. 73

58. Hon.

58. Honded. *cons.* 100. *num* 20. *volum.* 1. Et per totum vitę decursum in cō fessione relatum, non fuisse sibi familiaritatem cum hæreticis patebat. Et non solùm esse orthodoxum, sed etiam suum animum, suasque cogitationes ad Virginem Sanctissimam referre, vt claré apparebat ex longissima peregrinatione ad Sancta Hierosolymorum loca invisenda, quam devotionis causa inijt, longinqui itineris labores perferens; ad Virgini inserviendum ex fœdere se obstringens, eiusque sanctissimum nomē inscriptum, & incisum in brachijs afferens, in signum, & demonstrationem Virginis in eum dominij, atque piæ devotionis erga eam, cui vnicé se fatebatur dicatum, vt signa similia solent manifestare, ad text. *in l. stigmata* 3. *C. de Fabricen. lib.* 11. *l. pœn. C. de aquæduct. eodem lib.* Et tradita per Plin. *lib.* 18. *natur. Histo. c.* 3. Ælian. *lib.* 2. *de var. hist. cap.* 9. Et ex Arthemidoro, Plutarcho, & alijs, Petr. Gregor. *lib.* 31. *syntagmat. cap.* 35. *num.* 2. & 3. Brodeus *lib.* 4. *miscellan. cap.* 24. Conan. *lib.* 2. *comment. cap.* 6. *num.* 4. Eaque solùm, ad vincendas quascumque pręsumptiones, & obiectiones in contrarium, sufficerent, iuxta illud D. Pauli ad Galatas *cap.* 6. *vers.* 17. ibi: *De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini nostri in corpore meo porto.* Vbi recté Caietan. in hæc verba: *Sufficiant, inquit Paulus, hactenus obiectæ mihi falsitates (quòd ego foveo circumcisionem, alibi, & similia) deinceps nemo mihi huiusmodi molestias exhibeat: & ratio manifesta omnibus est: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Ad similitudinem servorum gestantium in facie notam Dominorum, inustione ferri factā; describit se Paulus, portare manifesté in corpore suo, non vnam, sed multas impressas notas Domini Iesu.*

Nu. 74 Tum etiam, quód Virgini *del Triumpho* inserviret, venerationem eius, cultumque fovens, ac solicitans: siquidem nihil horum efficeret, si fidem verbis in Libello contentis tribueret. Nunquam enim similis cultus exhibetur ni eis, quos Sanctos, & Beatos iudicamus: vt testatur Eymeric. *in Direct. Inquisit.* 2. *part. quæst.* 43. *à num.* 2. subiiciens *num.* 11. *quód eò ipsó, quód aliquis honorem Duliæ exhibet, facto se credere ostendit, illum, cui talem honorem, seu venerationem exhibet, Sanctum, & Dei amicum fore.* Et ibidem exornat Francisc. Peña *in addit. comment* 67. Glossa, & DD. *in cap. accusationis,* §. *sané, de hæret. lib* 6. Simancas *de Cathol. instit. tit.* 32. *de Idololatria, nu.* 4. & pluribus adductis à Farinacio *de hæresi quæst.* 161. *num.* 67. & 68. Nec post crimen commissum perstitit, vt perstitit, in Virginis famulatu, solicitus de eius festis, ac processionibus, quæ celebratæ fuerunt in honorem, & satisfactionem eius, Libelliqué expiationem, maximum inde gaudium ostentans. Quódsi nō esset Christianus Orthodoxus, Nostræque Dominæ puritatem, & candorem abnegaret, potiùs indicaret malevolentiam, atque mærorem, animadvertens Libelli conatus frustratos, si intentione, contrarió allegata, fixisset: & ex subsequentibus actibus nō est dubium, quin animus cognoscatur; pateatque, quem in præcedenti habuit. Argum. tex. *in l. sed & Iulianus* § *proinde, ff. ad Macedonian. l. reprehendenda, C. de instit. & substit. l. quædam ff. de reb. dubi.* Mar. Giurb. plures congerens *cons.* 51. *nu.* 26. Erudité Petr. Erod. *lib.* 3. *rerum iudicat lib.* 1. *quod quisque iur. cap.* 7. Vbi exēplis demonstrat *quo quis animo, quid egerit, cognosci ex pòst facto.* Et, si doli pręsumptio, iniuriandique animus excluditur in actu, qui fit erga personam affectam, benevolam, aut coniunctam, ex traditis per Menoch. *lib.* 5. *præsumptio.* 3. *num.* 21. & *sequentib.* Mascard. *conclus.* 531. *nu.* 11. Farinac. *part.* 3. *quæst.*

*quæst.*89.*num.*68. Et etiam cùm inimicitia præcedit, Claud. ad Bertazol. *cons.*206.*vers.primum itaque.* Vbi tunc iniuriandi animum abesse affirmat, quando inter iniuriantem,& iniuriatum nulla præcedebat inimicitia: sequitur Farinac.*quæst.*105.*n.*122. Quo modó ergo præsumi poterit Reum Virginem Sanctissimam lædendi animũ habuisse,cui inserviebat, seque dicaverat tota vita in eo famulatu permansurum?

Tum denique. Quia licèt ipsi testes,qui adversùs Reum deposuerunt, per Sancti Officij Fiscalem ratificati referant,ex tempore, quo is Virgini *del Triumpho* inserviendę se dicaverat, maximè studuisse, devotionem erga Deiparam augeri: sacrumque illum locum novis cancellis ferreis, lucernisque exornari; instituique confraternitatem Personarum, Virginis cultui ac famulatui perpetuó assistentium,quibus Reus ipse præfuturum se asserebat; Virginis demum miracula promulgari,eiusque venerationem excrescere: ac licét multi asseruerint, se in animũ induxisse, Reũ ambitione,& avaritia ductum, Libellũ fixisse, vt scilicet pluris deinceps ab omnibus fieret,& vt eleemosynarum quęstus augeretur,Populi devotione,frequentiaque illius Sanctuarij excrescente: licét,inquam, hęc ita essent,saltem animus hæreticalis ab omnibus excludebatur, vt ipsa acta ab eis relata demonstrant: & quoad hoc plené probarunt adversùs Sancti Officij Fiscalem,qui ipsos protulit,ex reg. text. *in l.si quis testibus,C.de testibus.* Cuius decisio etiam adversùs Fiscum locũ habet, vt notarũt Surd. *cons.*40.*num.*20.*lib.*1.Farinac.*de testib.quæst.*72.*num.*214.*& cons* 78.*nu.*16. *& cons.*80.*num.*9.*&* 38.*lib.*1.Fontanel.*decis.*129.*num.* 15. Quamvis ex suo tantùm iudicio,atque credulitate deponerent. Roman.*cons.*104.*post num.*6.Anton.Gabr.*comm.tit.de testibus,concl.*1 *num.*15. Farinac.*dict quæst.* 62.*á num.*226. Quamvis enim principió ex officio fuerint examinati, postea à Fiscali reproducti,visi sunt ab ipso approbari. Farinac. in terminis *dict.cons.*78.*n.*35. & cùm eis vsus fuerit,in nullo excipi possunt. Non enim eorum depositiones potest excindere,partim acceptando, partimque reprobando.Petr. Surd.*d.cons.*173.*n.*68.*lib.*2.Farinac.*in praxi,tom.*1.*q.*43.*n.* 19.Fontanel.*d.decis.*129.*n.*12. Nu.75

Quartum. Nam Reus,cùm crimen fuit confessus,non erat convictus, sed tantùm ex indicijs suspectus,atque pręsumptionibus, relatis suprà *ex num.*13.& ex literarum Libelli cum alijs eius scriptionibus comparatione: quę præsumptio erat violentior,& in causis criminalibus, ex sua gravitate,indicioque fallacissimo probationem non inducit ; nec etiam ea sola ad torturam sufficeret; in specie Libelli famosi defendunt Tribisan. *decis.*52.*num* 8.*lib.*2.Farinac. *cons.*70.*num.* 14.*lib.*1. Nicol. Genn. *de script. privat.lib.*2.*quæst.*1.*á num.* 114.*vsque ad* 120. Et cùm condemnatio pręcipuè penes Rei confessionem facienda esset, cum qualitate sua debebat acceptari,ex Saliceto *in l.*1.*n.*8.*C.de confess.* Bald.*in l.nec codicillos,nu.*2.*C. de codicil.* Hippol.de Marsil.*cons.*129.*nu.*1.*& cons* 136.*á n.* 31.*&* 44.Vulpel. *cons.*44.*n.*5.Roland.*cons* 17.*n.*28.*lib.*3. Nu.76

Et quamvis in criminibus,actibusque prohibitis,ex doli præsumptione,quam secum afferunt,multi contrarium defendant, vt constat ex adductis à Farinac.*part.*3.*quæst.*81.*num.*110. ipsi suam opinionem limitant, cùm,vt in nostro casu,confessionis qualitas alijs indicijs, & præsumptionibus adiuta invenitur,quæ certam esse suadeant.Tribisan.*decis.*46.*n.*16. *lib.*2. Nu.77

lib 2. Anton. Gabr. *lib. 7. comm. conf.* 19. *num.* 14 Farinac. *dict. quæst.* 81. *num.* 153. Zevall *quæst.* 362. *num.* 11. *in fin.* Anton à Sousa *in Aphorism. lib* 2. *cap.* 20. *num.* 33. Vel, nisi de crimine constat, & Reus nullo alio, quàm sua confessione convincitur. Hieronym. Grat. *cons.* 151. *nu.* 19. *in fin. lib* 2. Alciat. *cons.* 461. *num.* 7. *circa finem, vers. nam respondeo.* Honded. *cons.* 96. *num.* 24. *lib.* 1. Mascard *conclus.* 867. *num.* 7. Sousa *dict. cap.* 20. *nu.* 33. His enim casibus, confessio cum sua qualitate est acceptanda, etiam si anteà Reus crimen absoluté abnegasset. Farinac. *d. q.* 81. *n.* 130. & 131. Ant. à Sousa *d. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 31.

Nu.78 Et ad minùs, etiam cùm hæ circunstantiæ deessent, certum quidem est, confessione qualificata, pœnam criminis ordinariam non posse imponi, sed extraordinariam. Abbas *in cap. auditis, num.* 33. vbi etiam Felinus *n.* 30. *de præscript.* Ant. Gom. *tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 26. *ad medium.* Farinac. *d. quæst.* 81. *num.* 157. Zevall. *dict. quæst.* 362. *num.* 12. Anton. Thesaur. *decis.* 13. *num.* 6. & 7. Surd. *decis.* 258. *num.* 7. Gribel. *decis.* 12. *num.* 18. Bucarron. *in different. inter civil. & crimin. different.* 40. *num.* 3. *in fin.* Camil. Borel. *in summ. decis. tom.* 2. *titul.* 3. *num.* 294 Copiosé, vt solet D. D. Ioseph Vela *dissert.* 25. *nu.* 86. Quibus nec etiam placuit, pœnam esse corporalem. Bertazol. *cons* 27. *nu.* 2. & *sequentib. lib.* 1. Hippolyt. Riminald. *inter cons. crimin. diversor. cons.* 83. *num.* 14. *lib.* 2. Etiam si Reus alijs indicijs, atque presumptionibus esset indiciatus, nisi plenè testibus convinceretur. Osascus *decis.* 60. *n.* 9. Thesaur. *d. decis.* 13. ferè per totam. Ancarr. Iun. *quæst. famil. q.* 40. *nu.* 1. & *sequentibus.* Maximé *n.* 7 *p.* 1. Farinac. *d. q.* 81. *n.* 135. Mascard. *concl.* 867. *nu.* 4. Anton. à Sous. *d. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 30.

Nu.79 Quintum. Nam hoc procedit potiori quidem ratione, existente cõfessionis qualitate, quæ dividenda est, quantùm ad intentionem, qua actus factus fuit: nam cùm hoc verè ex animo dependeat, *l. illud,* §. 1. *ff. de iniurijs,* ibi: *Cùm enim iniuria ex affectu facientis consistat;* multum est quoad hoc, deferendum eius, qui fecit, depositioni, *l. cùm de indebito* 25. §. *in omnibus, ff. de probat.* ibi: *Nisi ipse specialiter, qui cautionem exposuit, causas explanavit, pro quibus eamdem conscripsit, l. omni novatione, C. de Sacrosanct. Eccles. l. ex facto, ff. de vulgar. cap. inter alia, de sent. excommu.* Bald. *cons.* 313. *nu.* 1. ibi: *De animo autem suo interrogari quis potest, & stabitur eius responsioni, volum.* 4. Bart. *in l. pro hærede, num.* 3. *de adquirend. hæred.* Cravet. *cons.* 384. *num.* 9. Simon de Petr. *cons.* 65. *num.* 35. *volum.* 1. Ad criminis etiam excusationem, quæ aliàs induci posset, vt post Bald. *in l.* 1. *num.* 20. Iason *num.* 23. & 30. *C. de servis fugitiv.* tradit Honded. *cons* 87. *num.* 163. & 164 *volum.* 2. subiiciens, *declarationem animi, quo epistola, vel quid simile scriptum fuit, spectare ad scribẽtem, & eius declaratione delictum excludi.* Alexand. *cons.* 146. *nu.* 24. & 25. *lib.* 5. Gerard. Mazol. *cons.* 101. *num.* 78. & 79. Misinger. *cons.* 7. *num.* 20. & *sequentibus.* Vbi ex pluribus comprobat, standum esse iuramento, & declarationi iniuriantis, quòd iniuria non fuerit illata animo iniuriandi. Mascard. *concl.* 97. *n.* 10.

Nu.80 Sextum. Non enim de cærimonijs, nec alio actu contra fidem, qui proprié in facto consistat, agitur; sed solùm de Blasphemiarum punitione dicti Libelli, quæ proprié non in factis, sed in verbis consistunt, vt post alios egregiè observarunt Suarez *tom.* 1. *de Religione, tract.* 3. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. & 5. Sanchez *lib.* 2. *oper. moral. cap.* 32. *num.* 5. ibi: *At verius est, blasphemiam*

proprié

proprie nō cōsistere in factis, sed in solis verbis, mēte, ore, aut scripto prolatis, &c. Omnis enim iniuria, aut re, aut verbis fieri dicitur: & verbis semper fieri cēsetur, quoties manus nō inferūtur, *l. 1. §. iniuriā, ff. de iniurijs*, ibi: *Iniuriam autē fieri Labeo ait, aut re, aut verbis: re, quoties manus inferuntur; verbis autem, quoties non inferuntur manus, vt cùm conuicium fit.* Iniuria itaque, quæ in Libello vel aliàs scripto fit, absque dubio verbalis dicitur, vt per text. *in l. lex Cornelia 5. §. si quis librum, l. item apud Labeonem 15. §. conuicium, ff. de iniurijs, cap. constitutionem, cap. vbi periculum, de sent. excommunicat. lib. 6.* Erudite probat Roman. omninò videndus *cons. 378. num. 1.* Auferius ad Capellam Tolos. *decis. 127. num. 9.* Andr. Gail *lib. 2. obseruat. 104. num. 1.* Baiard *in addit. ad Iul. Clarum in §. iniuria, n. 35.* Cephal. *cons. 341. num. 41. & sequentibus, lib. 3.* Farinac. *tom. 3. q. 105. num. 4. & cons. 30. n. 24. lib. 1.* Et in iniurijs, vel blasphemijs verbalibus, faciliùs admittitur excusatio ex defectu intentionis, quā in cęrimonijs, aut factis hæreticalibus. Albertin. *de agnoscendis assertionibus q. 36. n. 18. in princip.* Rojas *de hæret. 1. p. n. 302. 303. & 306.* Farinac. *de hæres. q. 179. n. 55.* Meliùs enim in verbis animi simulatio cadit, quàm in factis: hæc enim maiori certitudine intentionem detegunt; verba verò faciliùs contra proprium sensum proferuntur, *l. si tamen, §. ei qui, ff. de ædil. edict. c. filij, de hæretic. c. cōtra Christianos, eodem tit. lib. 6.* Glossa *in l. recusari, ff. de acquirend. hæred.* Castill. *lib. 5. c. 107. n. 17. & sequentib.* Mar. Giurba *cons. 51. n. 26. in fin.* Pulchrè Rojas *de hæret. 2 p. à n. 210.* Torreblanc. *de iure spirituali, lib. 13. c. 2. n. 9.*

In his itaque terminis necessariò Rei confessio cum illa qualitate, ex defectu intentionis est admittenda; vt in puncto defendunt Canter. *in quæst. crimin. Rubric. de hæretic. cap. 1. num. 68. & 69.* Farinac. *de hæres. dict. q. 179. num. 55.* Castro Palao *tom. 1. tit. 4. disput. 4. punct. 3. num. 170.* Anton. à Sousa *in Aphorism. dict. lib. 1. cap. 13. n. 11.* ibi: *Quòd si alia indicia non adsunt hæreticalem animum ostendentia, omninò Reus credendus est: si verò alia indicia animi suspecti dantur, pro qualitate eorum abiurare debent.* Rojas *de hæret. 1. part. à num. 33. & 174 cum sequentibus.* Diana *tom. 4. tract. 7. de pœn. delict. resolut. 34. per tot.* maximè *vers. Sed quid ego sentio.* Præcipuè cùm alijs circunstantijs, & coniecturis fulcitur, quę intentionis defectum persuadeant, ex suprà adductis *num. 74.* & per Ioannem Gutierrez *de delict. q. 32. n. 64 vers. sed vt verosimile sit.* Et inuenitur, vt hìc accidit, verificata, & certa Rei confessio in reliquo: tunc enim, etiam quoad hoc certissimam esse præsumendum est. Glossa, & DD. *in l. 2. C. de non num. pecun.* Menoch. *c. 9. lib. 3. præsumpt. 12. num. 26. vers. quarta cōiectura. Et præsumpt. 13. n. 16.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin. 66. n. 24.* Gratian. *decis. 103. n. 23.* Camil. Borel. *in summ. decis. tom. 2. tit. 2. de confes. n. 254.* Nu. 81

Septimum. Nam cùm intētio defecerit, Reus, hęreticus formalis nullatenùs potest iudicari, nec hęreticorū pœnis puniri: nulla enim blasphemia, nullusque actus interior, quamuis horrendus, heresis potest nū cupari, cū operandi animus cōtra fidē, & pertinacia in intellectu deficit, *c. dixit Apostolus 24. q. 3. c. excōmunicamus 1. §. credentes, de hæret.* D. Thomas, *2. 2. q. 13. art. 1.* Nauarr. *in Manuali, c. 12. n. 82.* Castro *de iust. hæret. punit. lib. 1. cap. 7. & 12.* Azeved. *in Rubric. tit. 4. lib. 8. Recopilat. num. 25.* Sanchez *lib. 2. oper. moral. cap. 7. & 32. num. 3. & 7.* Sousa *lib. 1. Aphorism. cap. 8. & 19. n. 7.* Rojas *de hæret. 1. p. n. 34. & sequentib.* Param. *de orig. Inquisit. lib. 3. q. 3. nu. 10.* Nu. 82

Toletus *de instit. Sacerdot. lib. 4. cap. 3. num. 1. vers. primum est*: vbi dixit, conculcantem hostiam sacram sine errore intellectus, non esse hęreticum. Farinac. *de hæres. quæst. 178. nu. 7. 8. & 10. & á num. 148. & quæst. 179 á num. 39. & quæst. 181. num. 43.* Diana, *part 4 tract 7. resolut. 36* Gutierrez *de delictis quæst. 32. á num. 60.* Castro Palao *tom. 1. oper. moral. tractat. 4. disput. 3. punct. 2. num. 16.*

Nu 83 Et quamvis factum esset adeó punitione dignum; Libellique verba adeó execranda plurimùm tamen pœna debere moderari videtur, doli defectu perpenso, & etiam fine, quo fuit commissum, ex dictis suprà *num. 31. & 69.* Cõducit text. *in l. aut facta, in princip. ff. de pœn. l. quod reipub. 33. ff. de iniurijs*, ibi: *Etiam si ad contumeliam alicuius pertineat, quia tamen non ea mente Magistratus facit, vt iniuriã faciat, sed ad vindictam Magistratus publicè respiciat, actione iniuriarum non tenetur.* Petr. Herod. *rerum iudicat. lib. 3. tit. 1. quod quisque iure cap. 4.* Vbi delictum excusationem mereri, cùm non nocendi animo fit, aperté testatur. Siquidem quæcumque causa, vel error, quamvis iniustus, & irrationalis, ad delicti excusationem sufficit, vel ad minùs ad pœnæ moderamen, *l. igitur, § potest*, ibi: *Iustis, vel non iustis rationibus ductus, ff de libera. causa, l. clàm possidere*, ibi: *Aut aliqua ratione, ff. de acquirend. poss.* Tiraquel. *de pœn. temper. causa 43. á num. 1.* Farinac. *tom. 3. quæst. 90. num. 1. & sequentib.* Seraphin *decis. 1059. á nu. 3. vsque ad 8. lib. 2.* Et in terminis actionis, & delicti iniuriarum, probat text *in l. item apud Labeonem 15. §. si quis Astrolog. ff. de iniurijs.* Alber. & alij *in l. si non convicij, C. eodem.* Oldrad *cõs. 53. vers. imó quando que.* Bartol. *in l. fin. num. 7. ff. de hæred. instit.* Anton. Gom. *tom. 3. variar. cap. 6. Rubric. 2. vers. advertendum tamen.* Ruinus *cons. 145. num. 16. lib. 5.* vbi quód ad excusandum ab iniuria, sufficit error verus, vel pręsumptus. Cravet. *cons. 386. num. 20.* Bosius *tit. de iniurijs, num. 3. in fin. & num. 4. vers. & ideò forté.* Puteus *decis. 52. nu. 2. lib. 3.* Surd. *decis. 89. num. 22. & 27. ante fin.*

Nu. 84 Octavum. Si enim Hęretici, etiã formales, admittuntur, atque reconciliantur, cùm suam confitentur culpam, illiusque pœnitentiam ostendunt; eisque aliqua pœnitentia; atque aliæ pœnę moderatæ imponuntur, si eiusmodi confessio, vel pœnitentia ante testium publicationẽ fiat, *l. 31. & 55. C. de his, qui super Regali. contend. in Codice Theodosiano l. Manichæos, § præterea, ad fin.* ibi: *Delicti veniam pœnitentibus damus, C. de hæret. cap. ad abolendam, §. præsenti, & §. Laicus, cap. excommunicamus, el 2 de hæret.* Rojas *2. p. num 197. & sequentibus.* Peña *in Direct. 3 p. comm. 142.* Castro Palao *tom. 1. tract. 4 disput 6 punct. 1. num. 2.* Farinac. *de hæres. quæst. 193. §. 1. per totum.* Sousa *lib. 2. cap. 44. à num 1. & 7.* Diana *tom. 4. tract. 7. resolut. 24.* & pluribus antiquorum testimonijs comprobat Petr. Herod. *lib. 1. rerum iudicat. tit. 6. de hæret.* vbi, *idem apud Gentiles in Christianos fuisse observatum, testatur.* Quód si hoc in hæreticis formalibus admittitur, atque practicatur in Sãcto Officio, quia Ecclesia nunquam claudit gremium redeunti, *l. vltim. §. sed quia de epistola nos reddentes, C. de Summa Trinitate, l. Manichæos, C. de hæret. cap. super est, eodem titulo, lib. 6.* sectans in hoc Sponsi sui dulcissimi vestigia, *qui* (vt ait Paulus, 1. Timot. 2.) *vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: ad quod etiam spectat illud Ezech. 18. 23. *Nolo mortem peccatoris; sed vt magis convertatur, & vivat.* Matth. cap. 11. ibi: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & oneratis estis, & ego reficiam vos.* Lucę cap. 4. Ioann. cap. 2.

Et

Et vt ipsemet Salvator noster Ioann 6. inquit: *Eum, qui venerit ad me, non eiiciam foras:* Quantó potiori ratione idem cum hoc Reo debuit practicari, siquidem suam confessus fuit culpam, multis lacrymis, veræque pœnitentiæ demonstrationibus, sui delicti veniam efflagitans; & in eo intentio, animusque Virginem lædendi defecerunt; & potiùs, quamquam medio adeó irrationali, maiorem Deiparę cultum, ac venerationem solicitavit?

Nonum. Non enim Reus, Hęresiarcha, vel Dogmatista potest iudicari, siquidem novos errores nō invênit, nec edocuit, nec prædicavit, vt erat necessarium, vt iudicaretur talis, *cap. qui aliorum* 24. *quæst.* 3. ibi: *Vnde quia magister erroris est, non tantúm hæreticus, sed etiam Hæresiarcha dicendus est.* Eymeric. *in Direct.* 2 *part. q.* 39. & ibi Peña *comment.* 64. Farinac. *de hæres q.* 178. *n.* 15. Sousa *lib.* 1. *Aphorism. c.* 9. *á n.* 1. Ludovic. à Param. *de Orig. Sanctæ Inquisit. lib.* 3. *q* 9 *n.* 134. vbi inquit, *Hæresiarcham illum proprié vocari, qui aut hæreses invénit, aut inventas alios docuit.* Castro Palao *tom.* 1. *tract* 4. *disput.* 6. *punct* 2. *n.* 15. Nu.85

Et etiam in Hæresiarchis, atque Dogmatistis, est certior, ac verior resolutio, ad reconciliationem admitti, si in eis veræ pœnitentiæ signa cognoscantur, & post capturā pertinaciter suas sectas non defendunt, vt probat text. *in cap Berengarius, de consecrat. distinct.* 2. *cap ad abolendam, de hæret.* Et ex Concilio Biterrensi, & Tarraconensi, tradit Peña, *dict* 2. *p comment.* 64 Sousa *dict. lib.* 1 *cap.* 9. *á num.* 12. *&* *lib* 2. *cap* 44 *num.* 3. Farinac. *dict q.* 193. § 1. *á num.* 5 Diana, *p.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 23. Didacus à Canter *q. crimin. Rubric. de hæret. c.* 1. *n* 70 *vers. est nunc videndum.* Decian. *lib.* 5. *tract. crimin. c.* 54. *num.* 57. Castro Palao *dict. tract.* 4. *disp.* 6. *punct* 2. *num.* 16. *& sequentibus.* Vel cùm perniciem nullam alijs attulerūt, nec etiam eos ad suos errores revocarunt. Simancas *de Cathol. instit. tit.* 47 *nu.* 72. Farinac. *dict. quæst.* 193. *num.* 10. Nu.86

Sed nullus dubitandi relinquitur locus, hæreticali intentione, alios, ad errores, qui in Libello promulgabantur, traducendi deficiente; sed potiùs intentione contraria, & animo adstante, hac videlicet via, Virginis Sanctissimæ *del Triumpho* cultum augendi: siquidem ob id non solùm Hæresiarcham, aut Dogmatistam non fuisse deberet affirmari, verùm etiā nec hæreticum formalem. Nu.87

Decimum. Nec etiam fuit iudicandus fidei Apostata, siquidē in Reo nunquam fides defecit, nec etiam mentis errore vllam hæresim admisit; & fidei Apostatis vltimum suplicium non imponitur, sed alia pœna extraordinaria, cùm rediguntur, & ab errore extrahuntur: vt eleganter defendunt Tiber. Decian. *tract crimin lib.* 5. *c.* 72. *n.* 8. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. casu* 546. *n.* 13. *& sequent.* Farinac. *de hæres. d. q* 193. *n.* 14. *&* 16 *vers. concludi potest.* Diana, *p.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 3. Erudité Petr. Erod. *lib.* 1. *rerum indicat. tit.* 6. *de hæret. c* 9. Nu.88

Porró, si quòd fuerit Apostata suæ Religionis, culpam aggravari placeat, ob id in Sancto Officio non potest procedi; nec est crimen, cuius cognitio ad ipsum spectat, nec ex hoc capite adversùs fidem suspicio saltem consideratione digna inducitur. Calderin. *cons.* 5. *tit. de hæret.* Anania *in c. ad abolendam, num.* 29. *de hæret.* Vmbert. Locat. *in Dictionar. Inquisit. verb. Apostata, num.* 1. *vers qui primo modo.* Eymeric. *in direct.* 2. *part. quæst* 49. *num.* 2. Nu.89

& ibi

& ibi Peña *comment.74 vers.veritamen.* Duardus *in Bulla Cœnæ, lib. 2. canon. 1. quæst. 17. num. 32.* Diana *dict. tract. 7. resolut. 3. column. 4. vers. quæro igitur, primò.*

Nu.90 Vndecimum. Licèt enim blasphemiæ crimen iudicetur, quod verbo, aut scripto perpetratur, vt testantur Navarr. *in Manuali cap. 12. num. 81. & 82.* Azeved. *in Rubric. tit. 4. num. 25. lib. 8. recopilat.* Suarez *tom. 1. de Religione tract. 3. lib 1. cap. 4. num. 4. & 5.* Sanchez *lib. 2. oper. moral. cap. 32. nu. 5.* Anton. à Sousa *lib. 1. Aphorism. cap. 19. num. 4.* aut etiam facto; vt volunt Navarr. & Azeved. vbi proximé, Alphons. à Castro *de iusta hæret. punit. cap. 12.* Anton. à Sousa *lib. 1. cap. 19. num. 4.* Quòd si lege antiqua scripta, atque iure communi, capitis pœna imponeretur, vt diximus suprà *num. 59.* Hoc tamen, etiam iure communi attento, tantùm procedebat in eo, qui consuetudinem blasphemandi habebat, vt animadvertunt Bald. *in l. 2. C. ad legem Iuli. Maiest. & in l. 2.* Vbi etiam Salicetus, *C. de reb. cred.* Covarr. *in c. quamvis pactum, 1. p. § 7. n. 10. in fin.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. casu 375. num. 26.* Farinac. *in praxi, p. 1 q. 20. n. 43.* Barbos. *de potest. Episcop. allegat. 51. nu. 101.* Gutierrez *de delictis, q. 60. n. 12.*

Nu.91 Hîc igitur non est necesse hac interpretatione iuvari: generaliter enim in omnibus Provincijs consuetudine vniversali hæc pœna derogata est, in aliasque minores arbitrarias commutata, vt tradunt Lucas de Peña *in l. omnes, num. 6. C. de delatoribus, lib. 10.* Covarr. *in dict. cap. quamvis pactum, 1. part. § 7 num. 10 in fin.* Menoch. *dict. casu 375. num. 26.* Gregor. *in l. 2. tit. 28. parti. 7. glos 4 circa medium.* D. Ioan. Vela *de delict. cap. 4. num. 6.* Decian. *lib. 6. cap. 6. num. 7.* Farinac. *dict. quæst. 20. num. 64.* Montalv. *in l. 1. tit. 26. part. 7.* Albertin. *de agnoscend. assert. quæst. 6 num. 14. & quæst. 22. num. 63.* Cáter, *quæst. crimin. cap. 3 de blasphemia, num. 5.* Petr. Gregor. *3. part. syntagmat. lib. 33. cap. 12.* Campanil. *in divers. iuris Canonic. Rubric. 11. cap. 26. nu. 83.* Azeved. *in l. 1. tit. 4. lib. 8 recop. num. 7.* ibi: *Hodie dictis blasphemijs hæreticalibus nõ mortis pœna, sed à nobis suprà posita imponetur.* Eruditè D. D. Ioseph. Vela *in c. 1. de officio ordinarij, part. 1. n. 83.* Ioan. Gutierr. *de delict. q. 60. n. 17.* Petr. Erod. *lib. 1 rerum iudicat tit. 6. de hæret. c. 16.* Vbi pro blasphemia hereticali pœnam exilij fuisse impositam testatur.

Nu.92 Et per nostri Regni leges aliæ pœnę privatæ, quarum nulla, etiam tertiò repetita, ad vltimum supplicium devenit, *l. 3. & 4. tit. 28. part. 7. l. 1. & 2. tit. 8 lib. 8. ordina. l. 1. & sequentib. tit. 4. lib. 8. recopilat.* Quæ quidem leges in foro sæculari erunt observandæ, ex Olano *in concord. antinom. verb. blasphemia.* Azeved *in dict. l. 1. tit. 4. lib 8. recopilat.* Vel ad minùs quas Practica, aut consuetudo introduxit; in quibus affixionis, vel amputationis linguæ loco, alia pœna arbitraria imponitur. Vt testantur Didacus Perez *in d. l. ordina. glossa : O denostare a Nuestro Señor.* Covarr. *d. § 7. n. 11.* D. Ioan Vela *de delict. d. c. 4. n. 9.* Barbos. *d. allegat. 51. n. 102.* Ioann. Gutierr. *de delictis, q. 61. num. 6.*

Nu.93 Iure autem Canonico, cui in Sancti Officij Tribunali standum est, pœna est multó magis pia, quàm legum sæcularium : solùm enim spiritualis pœna imponitur, aliæque pœnę pecuniarię, vt probatur ex textu *in cap. si quis per capillum 22. quæst. 1. cap. 2. de maledic.* Vbi notant Abbas, Anani. &c. Covarr. *dict. § 7. nu. 10. vers. Iure Pontificio.* Boerius *decis. 301. num. 9.* D. Ioan. Vela *de delictis, dict. cap. 4. nu. 7. & 8.* Bernard. Diaz *in pract.*

Cano-

Canoni.111.aliis 110 & ibidem Salced. Menoch. *dict. casu* 375. *n.* 27. *& sequentib.* Decian. *dict. lib. 6. cap. 6. nu.* 3. Farinac. *d. q.* 20. *n.* 62. Campanil. *dict. rubri.* 11. *cap* 26. *num.* 83. Barbos. *dict. allegat.* 51. *à num.* 92. *&* 97. Ioan. Gutierrez *de delict. q.* 60. *n.* 16. *& q.* 64. *n.* 26. *&* 27. Trullēch. *lib.* 1. *Decalogi, c.* 11. *dub.* 3. Quod etiam per Leonem X. Iulium III. & Pium V. statutū fuit, vt referunt Covarr. *d.* §. 7. *n.* 10. Menoch. *d. casu* 375. *à n.* 29. Decian. *d. c.* 6. *nu.* 3. Farinac. *d. q.* 20. *n.* 63. Barbos. *d. allegat.* 51. *à n.* 98. *vsque ad* 101. Gutierr. *d. q.* 64. *à n.* 8.

Istæ autem sunt pœnæ, quæ per Sanctum Officium pro blasphemijs hæreticalibus cum alijs arbitrarijs solent imponi: neque vllus vnquā pro hoc delicto visus fuit relaxari, vt asserunt Rojas *de hæret. part.* 2. *n.* 176. *& sequentib.* Salced. ad Bernard. Diaz *in praxi crimin. c.* 113. *litera A.* Peña *in direct.* 2 *p. comment.* 66. *ad quæst.* 41. Sousa *d. lib.* 1 *c.* 19. *n.* 20. *& sequentib.* Diana, *p.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 8. Simancas *de Cathol. instit. tit.* 8. *à n.* 10. Canter. *q. crimin. c.* 3. *de blasphem. n.* 4. Barbos. *d. allegat.* 51. *n.* 90. Ioann. Gutierr. *de delict. d. q.* 64. *n.* 4. Nu. 94

Quòd si etiam in blasphemijs hæreticalibus, quæ Christum Assertorē nostrum, Matremque eius Sanctissimam lædendi, atque execrandi animo perpetrantur, pœnę sunt arbitrariæ, & non vltimi supplicij; quantò moderatior esse debebit in hoc casu, in quo animus defuit nostram fidem depellendi, Virginisque Dei Genitricis honorem extenuandi; quinimò contrarium fuit Reus conatus? Deficiente veró intentione nocendi, adimendique Deo, atque Sanctis suis honorem, non potest propriè blasphemia nuncupari: hanc enim necesse est prava, atque perniciosa voluntate nasci, vt post Caietanum docet Covarr. *in d. c. quamvis pactum,* 1 *p.* § 7. *nu.* 10. *circa principium,* ibi: *Omnis autem blasphemia, quia est volūtaria, procedit à voluntate mala, & animo derogandi, & detrahendi in aliquo bonitati, & Maiestati Divinæ.* D. Thom. 2. 2. *q.* 13. *art.* 1. & ibidem Caieta. Covarr. vbi proximè. Anton. à Sousa *d. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 1. Thomas Sanchez *lib.* 2 *oper moral. c.* 32 *nu.* 11. ibi: *Idque voluntate quadam derogandi hac ratione Divinæ Maiestati, seu Bonitati.* Ac saltem licét sit digna, quę puniatur, multùm erit pœna moderanda: quęlibet enim causa, etiam si iniusta, est sufficiens ad pœnæ ordinariæ de blasphemia excusationem, vt in terminis observarunt Alexander *cons.* 233. *n.* 11. *& sequentibus, & nu.* 16. *vers. Et per prædicta, lib.* 6. Tiber. Decian. *lib.* 6. *tract. crimin. c.* 5. *n.* 11 Farinac. *d. q.* 20. *n.* 71. *in fin.* ibi: *Imò si quis sine dolo, & non in contemptum, vt puta, rei licitæ incumbens, Crucem, aut aliam imaginem percusserit, nulla pœna punitur.* Conducunt tradita per eumdem Farinacium *d. q.* 20 *n.* 17. *limit.* 3. *& sequentibus.* Nu. 95

Duodecimum. Licét enim res reguletur penes statuta in famosis Libellis; etiam si per duodecim tabularū leges pœna capitalis imponebatur, his verbis: *Si quis occentavisset, sivè carmen condidisset, quod infamiā faceret, flagitiūvé alteri, capitale esto;* vt ex Cicerone, & D. Augustino referunt Alexād. ab Alexand. *lib.* 6. *dierū genialium, c.* 10. Hotoman. *ad leges duodecim tabularū, pag.* 218. Ant. August. *ad easdē leges, l.* 34. quę videtur id suscitavisse, *l.* 1 *C. de famos. Libel.* Hoc nō intelligitur de mortis naturalis pœna, sed de alia extraordinaria, vt colligitur *ex l. lex Cornel.* 5. § *si quis librū, ff. de iniur.* Siquidē crimē hoc legis Cornelię pœna puniebatur, quę erat arbitraria, *l. si. ff. de iniu* §. *in sūma, inst. eod.* apertèq; exposuit Hora. *epist. lib.* 2. *epist.* 1. ibi: *Vertere* Nu. 96

modum

modum formidine fustis, ad bene dicendum, delectandumque redacti. Et quòd ex consuetudine hæc sit hodie Libelli pœna famosi, videlicet extraordinaria secundùm Iudicis arbitrium, testatur Iul. Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 68. *num.* 26. *vers. Libelli famosi author, ad fin.* vbi inquit, nunquam vidisse pro Libello famoso, aliquem vltimo supplicio affectum, sed semper fuisse impositam pœnam extraordinariam: & ibidem Baiard. *in addition. num.* 65. Bursat. *cons.* 94. *num.* 3. *&* *num.* 38. *in fin. lib.* 1. Neque id inde est alterandum, quód Libellus iste in Senatus valvis fuerit affixus: nam etiam si locus iste sit frequentior, eaque ratione fiat gravius crimen; hoc non sufficit, vt penitùs extendatur ad capitis pœnam, ex traditis per Angelum *in l. vnica, in fin. C. de famos. Libellis:* vbi asserit, pœna duorum millium ducatorum fuisse mulctatum quemdam civem Bononiensem, qui super altare Palatij Bononiensis adversùs eius regimen clandestiné posuit Libellum famosum: quem refert, & sequitur Iul. Clar. *in d.* §. *fin. q.* 68. *n.* 25. Farinac. *dict. q.* 105. *n.* 477. Ioan. Gutierr. *de delict. q.* 141. *n.* 30.

Nu 97 Quod ex iure Canonico indubitabile redditur: hoc enim iure, Libelli pœna famosi non est capitalis, sed extraordinaria, vt probat text. *in cap. de prima. cap. qui in alterius* 5. *quæst.* 1. Tiber. Decian. *lib.* 2. *crimin. cap.* 20. *n.* 2. Plaza *de delictis, cap.* 3. *num.* 3. *in fin.* Ioann. Gutierr. *dict. quæst.* 141. *nu.* 4. Farinac. *dict quæst.* 105. *á num* 430. Ioan. AEgidius Trullench. *tom.* 2. *Decalogi, lib.* 7. *c.* 10. *dubio* 27. *n.* 4.

Nu. 98 Et etiam iure Civili, secundùm potiorem opinionem, capitalis pœna, quæ imponebatur, procedebat in casu, quo crimen per Libellum obiectum, capitis pœna esset dignum. Glossa *in dict. l.* 1. *verb. si quis famosum, C. de Libel. famos.* Et ibi Cinus, Salicetus, & alij. Ant. Gom. 3. *tom. variar. cap.* 6. *num.* 1. Plaza *dict. cap.* 3. *num.* 2. Gutierrez *dict. quæst.* 141. *num.* 2. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. cas.* 263. *num.* 43. *in fin.* Farinac. *dict. quæst.* 105. *num.* 424. Et expressé statuitur *in l.* 3. *tit.* 9 *part.* 7. vbi notat Gregor. *vers aquella pena.* Et post alios Ioannes Gutierr. *dict. quæst.* 141. *num* 3. Ratio autem est: in Libelli enim authore tunc considerabatur non solùm animus, ac voluntas lædendi in honore iniuriatum; verùm etiam vitâ privandi, cùm ei tribueretur crimen morte dignum: iustumque erat, æquali pœna in huius iniuriæ authorem animadverti, siquidem ius capitali pœna puniebat animum, & voluntatem interficiendi tantùm, quamvis ad executionem minimè deveniret, *l. is, qui cum telo, C. ad leg. Cornel. de sicarijs, cap. quisquis,* §. *si quis cum telo, de pœnit. dist.* 1. *cap.* 1 *de præsumpt.* vbi notant Abbas, Baldus, & alij Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. casu* 360 *num.* 36. Farinac. *in praxi, part.* 4. *quæst.* 124. *á num.* 3.

Nu. 99 Quorum nihil ad præsens, de quo agitur, factum potest applicari: nam vt sæpiús diximus, Rei animus, ac intentio non fuit Virginis Sanctissimæ honorem lædendi, sed potiùs eius cultum, ac venerationem augendi: & vt Libelli pœnæ locum habeant, nocendi animum, necessarium est intervenire, *l. si non convicij, C. de iniurijs.* Et ibi DD. Farinac. *cons.* 30. *num.* 46. 79. *&* 130 *lib* 1. Nam, vt inquit Seneca *lib.* 2. *de ira, cap.* 26. *Nulla est iniuria, nisi á consilio profecta.* Itaque dolus verus requiritur, *l. lex Cornelia* 5. §. *si quis librũ,* ibi: *Dolové malo fecerit, ff. de iniurijs:* cum laté adductis à Farinac. *part.* 3. *d. quæst.* 105. *num.* 481. *&* 482. Nec sufficit culpa lata. Bald. *cons.* 277. *in princ. lib.* 5. Cravet. *cons.* 13. *num.* 2. Farinac. *dict. cons.* 30. *num.* 46. Dolusque debet

probari;

probari: in dubio enim non præsumitur. Ruinus *cons.145.à num.10.& 14. lib 3.* Farinac.*d.cons.30 n.53* Vel saltem obnoxium manet, vt per indicia, & coniecturas contrarium probetur, ac suadeatur, vt tradunt Cinus, Albericus, Fulgosius, & cæteri *in d.l si non cõvicij, C.de iniurijs.* Farinac. *d.q.105. n.115 116.121.& 484.& cons 30 n.140.*

Vltimum igitur. Quamquam enim ob quamcumque criminum speciem, quæ in hoc Reo consideretur, vel per omnes simul posset iudicari, capitis pœna dignum esse; hoc nullatenùs in Sancti Officij Tribunali admitteretur: nam in eo numquam cum primó delinquentibus similis pœna practicatur, ac imponitur confitentibus culpam, misericordiamque flagitantibus; etiam si aliàs in foro sæculari, vltimo supplicio in eos animadvertendum fuisset: vt in hæreticis suprà probavimus *nu.48.* & in sortilegis, qui fatentur in sortilegijs homicidium fecisse, seque pœnitet, paratique sunt corripi, non esse Curiæ sæculari tradendos affirmant Albertinus *de agnoscend.quæst.25.num.66.& sequentib.* Farinac. *in praxi, tom 1 quæst. 20.num.105.& sequentibus.* Anton. à Sousa *lib.1. Aphorism cap.58. num.14.* Diana, *p.4.tract 7 resolut.10.vers.nota veró.* Licèt subdat, hodie per quandã Bullam à Greg.XV. editam 20. Martij. anni 1623. hoc esse immutatum. Et in Sodomitis in Regno Lusitaniæ, vbi adversùs eos Sancti Officij Tribunalia possunt procedere, idem statutum est; vel saltem Inquisitoribus facultas conceditur pœnam minuendi, dummodó nõ sint incorrigibiles, vt ex constitutionibus Pij IIII. & Gregorij XIII. referunt, & affirmãt Anton. à Sousa *lib.1. Aphorism.c.59.n.10 28.& 29.& n.37.* Seraphin Freit. *in addi.ad tract.de confessar.solicit.q.24.n.136.* quem tanquam vltimo loco relatum, videtur sequi Diana *part.4 tract 7.resolut.20. in fin.* Nu.100.

DECISIO:

& ad contraria fundamenta responsio.

HIS tamen visis, & doctissima pro Rei defensione allegatione, facta ab eruditissimo, & ingeniosissimo huius Sãcti Officij Advocato, Licent. D. Petro Muriel de Berrocal (vtinam typis mãdaretur) latéque pro vtraque parte perpensis difficultatibus, maturitate summa, vt semper moris est in Tribunali, Reum non debere relaxari visum fuit. Pro certo quippe habebatur, Libellum hæreticali intentione nequaquã fixisse, nec Virginem lædendi animo; sed potiùs eo consilio, vt celebre ibi Sanctuarium efficeretur, Fidelium confluxu celeberrimum; hacque via Deiparę cultus excresceret; Reusque ipse pinguiora eleemosynarum lucra compararet; vanę prętereà gloriolæ dulcedinem capturus, novę cuiusdam Fraternitatis Auctorẽ se efficiens: cupiebat enim Caput eligi duodecim Eremitarum, qui ministerium, cui ipse tunc incumbebat, obirent. Habita prætereà fuit ratio, quód postquàm accusatio perlecta est, statim crimen suum ingenué fuit confessus: quod licèt non sit actus veré, perfecteque spontaneus, minuit saltem pœnã, vt post Bartol. docet Baldus *in l.ea quæ, C.de cõdict.indebit. per text. in l. eum qui, ff.de iure iuran.* Etiã si Nu.101.

post

post negationem statim confiteatur. Docet Bald. *vbi supra num.* 10 Hostiē- sis *in cap. ad hoc, de Simonia*. Tiraquel. *de poen. caus* 30. *num*. 14. Iul. Clar. *§. vltim. quæst.* 60. *num*. 29. Menoch. *de arbitrar. casu* 347 Craveta *cons* 309 *sub nu.* 9. Latè Farinac. *praxi crimin. part.* 3 *de Reo convict., & confess., quæst.* 81. *& num.* 174. Quod in hoc Sancto Tribunali de more habetur, & sæpè hoc modo cum omnibus se gerit, iuxta illud Salomonis *Proverb.* 28. *cap. in primis.* 2. *quæst.* 1 ibi: *Qui confessus fuerit scelera sua, misericordiam consequetur, cap. non dicatis* 12 *quæst.* 1. ibi: *Si hoc vltrò confitetur, parcitur illi, & oretur pro illo, cap. qui admisi* 15. *quæst.* 8. *cap. innotuit, de electione, l. quisquis, §. sanè, C. ad legē Iul. Maiest.* Exornāt vltra citatos Bosius *tit. de coniectur. num.* 6. Riminald. *cons.* 245. *nu.* 57. *& sequentibus, lib* 3 Bertazol *cons* 35 *n.* 4 *lib.* 2. *& cons.* 357. *n.* 6. Trebisan. *decis.* 49. *n.* 7. *lib.* 2. Et in specie Simanc. *de Cathol. instit. tit.* 55. *nu.* 6. Sousa *lib.* 2. *c.* 20. *n.* 34. Vbi *n.* 35. ait, quód præsumitur sine dolo deliquisse.

Nu. 102. Præterea, quód misericordiam multis lacrymis, poenitentiæque signis efflagitasset; quódque suæ capturæ tempore poenas voluntarias suscepisset, corpus flagellatione, ieiunijs, alijsque castigationibus macerando; Religionisque gravissimę, quę multos Sanctos procreavit, esset Monachus, cuius merita essent sufficientia, quātùm ad punitionem, vt aliorum errores supplerentur, atque excusarentur: argum. text. *in l. nemini, vers. filius autem, l. petitionē, vers. filij, l. iubemus, vers. & filio, C. de advocat. divers. iudic.* Vbi filij remunerantur ex parentum meritis. D. Chrysost. *homil.* 10. *ad Romanos*, ibi: *Alterum alterius peccato puniri, non admodùm æquum, atque cōveniens esse videtur: at alterum propter alterum servari, & decentius multò, & rationi magis consentaneum.* Cicero *lib.* 2. *de invent.* ibi: *Oportebit omni, qui sibi vt ignoscatur postulavit, commemorare si qua sua poterit beneficia.* Et paulò pòst: *Deinde Maiorum suorum beneficia, si qua stabunt proferre.* Et *orat* 41. *pro Quinto Ligario. in fin.* ibi: *In Quinto Ligario conservando multis tu quidem gratum facies: sed hoc quæso, considera, quod soles: possum fortissimos viros probatissimos, totūque agrum Sabinum, florem Italiæ, robur Reipublicæ, proponere.* Et inferiùs, ibi: *Quid de fratribus dicam? Noli, Cæsar, putare, de vnius capite nos agere.* Petr. Erod. *rerū iudicat. lib.* 1. *tit.* 2. *de fide, & religione, cap.* 3. *& lib.* 6. *tit.* 1. *de accus. t. c.* 15.

Nu. 103. Et quia hoc Sanctum, ac Venerandum Tribunal præcipuè Patris officium exercet, studiosiùs emendationem, atque correctionem delinquentis, quàm Iudicis severitatem affectans; *habens æquitatem ante oculos*, inquit lex, *Quòd si Ephesi. in fin. ff. de eo, quod certo loco.* Quamquā in hoc Pseudo-Monacho segnitiē, & socordiam amante, vitæ correctio non erat facilis, *Authent. de Monachis, §. sin autem*, ibi: *Non est facilis vitæ hominis mutatio.* Et *cap. quorundam*, 34. *dist.* in quo Reus suam maiorem defensionem constituit. Marcus Tullius *dict. orat.* 41. *pro Quinto Ligario circa finē*, similem defensionem fecit his verbis. *Quidquid dixi, ad vnam summam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ. Causas, Cæsar, egi multas: & quidem tecū, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Certé nunquam hoc modo: Ignoscite, Iudices, erravit, lapsus est, non putavit; si vnquam posthac. Ad parentem sic agi solet: ad Iudices, Non fecit, non cogitavit, falsi testes, fictum crimen, &c. Ad Iudicem sic agi solet, sed ego ad parentem loquor: Erravi, temerè feci, poenitet, ad tuam clementiam confugio, delicti veniam peto; vt ignoscas, oro.*

Nu. 104. Quare decretum fuit, Reū in Actu Fidei publico, si forté fuerit proximus,

cutionis accelerationem, sed non ad pœnam augendam, eamque capitis immerito imponendam. Bart *per text. in l. qui cædem, ff. ad legem Cornel. de sicarijs.* Salicetus *in l. Decurionum filij in fin. C. de pœnis.* Tiraquel. *de pœn. temperand. cauſ* 46. *n.* 2. Farinac. *tom.* 1. *q.* 21. *n.* 446.

Tum etiam, quia scādalum, quod Christus Salvator noster severé puniri voluit Matthæi *cap.* 18. Lucæ 17. & Marci 9. fuit illud, quod in damnum, & ruinam Proximorum adhibetur, verbis, aut operibus illum ad malum excitando. D. Hieronymus super Matthęum *cap.* 15. D. Thomas 2. 2. *q* 43. *art.* 1. *&* 2. Covarr. *in reg peccatum, in initio, num.* 4. Petrus Greg. *lib.* 38. *syntagmat. cap.* 2. *num.* 4. *&* 5. Sanchez *lib.* 1. *summæ, cap.* 6. *à num.* 1. Layman *oper. moral. lib.* 2. *tract.* 3 *cap.* 13. *num.* 3. Trullench *in exposit. Decalogi, lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 5. *num.* 1. Rodericus de Acuña *in cap. licet* 4. *dist.* 45. *nu.* 2. Gutierrez *lib.* 1. *Canonic. cap* 38 *à num.* 20. Tertullianus *lib. de Virg. velanda.* Et non proprié dicetur id efficere, nisi tali animo, ac conatu committatur. D. Thomas *dict. q.* 43. *art.* 3. Et post Caietanum, Covarr. *vbi suprá n.* 4. Acuña *in d. cap. licet, num.* 3. ibi: *Intellige primò prædictam conclusionem, cū talis inductio, seu actus, ex intentione operantis dirigitur ad labefactandum proximum; non veró quando ex opere alia intentione perpetrato contingit.* Nu. 120.

Tum denique, quia in casu, de quo loquimur, non fuit scandalum, activum, nec passivum: quæ sunt duæ species capit. *Nisi cùm pridem, de renuntiatione.* Cum D. Thoma 2. 2. *q* 43. *art.* 1. *& sequentib.* notant Covarru. Gutierrez, Sanchez, Layman, Acuña, in locis proximè citatis. Castro Palao *tom.* 1 *operis Moral. tract.* 6 *disp.* 6. *puncto* 1. *præcipué num.* 6. *&* 7. Et Ioannes AEgid. Trullench, *vbi suprá num.* 2. *& sequentibus.* Non activum speciale, nec generale: non enim fuit Reo animus solicitandi alios per Libelli verba, vt fidem nostram desererent, legemque Moysi caducam, & antiquatam sectarentur; neque Virginem Sanctissimam dehonorandi: potiús contrarijs, vt sæpé dictum est, votis, & intentione maiorem Deiparæ honorem, & cultum optavit, & intendit. Neque vllum contrarij eventus periculum agnovit: potiùs valde verosimiliter arbitrabatur, quód cùm in florentissima hac Civitate & fidei firmitas, & erga Dei Genitricem pietas quàm maximé eniteat, per convicia in Libello contēta, fidelium corda sanctâ quadam pietate irritarentur, devotio excresceret, desidiaque excuteretur, quæ in absolvendo Virginei Triumphi ornatu visa fuerat, contra quem potissimé Libelli verba dirigebantur. At deficiente animo, ac periculo, quòd alij incidant, maléque operantem insectentur, scandalum activum cessat. Navarr. *in cap. consideret,* §. *animadvertere, n.* 9. *de pœnit. dist.* 1. Azor *institut. Moral. tom.* 2. *lib.* 12. *c.* 26. *q* 3. Sanchez *d. lib.* 1. *c.* 6. *n* 7. Trullench, *vbi suprá num.* 13. Nu. 121.

Nec etiam passivum intervênit: nam Dei misericordia favente, fides in hac & reliquis huius Regni vrbibus firmissima est: nulloque facto efficeretur (neque hoc timeri poterat) vt fideles scandalizarētur, & Libelli doctrinam sectarentur. Debet autē ęqualitas, ac rectitudo observari, absque cuiuscumque scandali attentione, quod ex illo proveniat: nam hoc tanquam iniustum, iustitiæque pręceptis oppositum, est parvi-faciēdum; & ad scandalum evitandum non licet iustitiæ limites egredi, *cap. qui scandalizaverit, de regul. iur.* vbi Glossa, & Doctores *in dict. c. nisi, de renuntiat. l.* 50. *titul.* 5. *part.* 1. ibi: *O de dezir, o de fazer la verdad, que es la justicia.* Et ibidem Nu. 122.

M laté

latè Greg. *vers. Que es la justicia.* Vbi ex hoc infert: *Non ergo innocens puniri potest à Iudice propter scandalum vitandum, vel tumultum populi.* Castro *lib. 1. de iust. heret punit. cap.* 20. *& lib. 2. de potest. leg. pœn. cap.* 11. Covarru. *in dicto cap peccatum, in initio, num. 4. vers. In hoc tamen scandalo.* Flamin. *de resignat. lib. 5. q. 3. n* 175. Et Gutierrez *lib. 1. canonic. c.* 38. *n.* 21. *&* 22.

Nu. 123. Hæc quæ circa Decisionis huius argumentum licuit afferre. Sed præter spem, imò contra Vulgi opinionem, ac vota, lata sententia fuit. Fateor. Ast huic non sæpè fidendum; nec eius, licèt pijssimæ voces audiende: qui prætextu pietatis impiè quandoque sævit, incautis consilijs Rei cædem pro libito contra ius inclamans: eò ipsò damnandus, quòd præceps. Secùs autem prudentissimus Iudex, mora, cunctationeque prudentiam comit, consilium maturat, successus bene secundat. Sapienter ab Ammiano dictum, *Rerum gestarum lib. 29. De vita, & spiritu hominis (qui pars mundi est, & animantium numerum complet) laturum sententiam, diu, multùmque cunctari oportet; nec præcipiti studio, vbi irrevocabile factum est, agitari.* Ita sanè se gessit clementissimus Inquisitionis Senatus: lentâque consideratione piè Reum puniendi, non crudeliter sęviendi, viam quæsivit. Vt enim inquit idem Ammianus *lib. 9. Iudicis lenti, ac cõsiderati illud est proprium, vt cùm lædere potest, ignoscendi causas quærat, non lædendi occasiones.* Prælerquamquòd hoc vni dandum misericordiæ, quòd propter eius cultum & de iustitia liceat detrahere: omnes enim virtutes, vrbana, vt sic dicam, devotione misericordię concedunt. Do coronidem aureis Cassiodori verbis, *Variarum lib. 2. epist 9. Benigni quippe Principis est, ad clementiæ commodum transilire termin s æquitatis: quando sola est misericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant.*